



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Gasparis Lechneri E Societate Iesv Theologi. Sodaliv Parthenivv. Siue Libri Tres Qvibvs Mores Sodalivm Exemplis Informantvr

Lechner, Kaspar

Dilingæ, 1628

Liber I. Communibus Sodalium officijs instruitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51916)



SODALIS PARTHENIVS.

LIBER I.

COMMVNIBVS SO-
DALIVM OFFICIIS
instruitur.

CAPVT PRIMVM.

*DE SODALITIORVM PAR-
thenianorum Origine.*

I.



VI primi Sodalitia-
piorum hominū con-
stituerunt. illi mihi vi-
dentur rem humanæ
vitæ vtilem apprimè

atque commodam reperisse. Nam si
vel solam horum Cœtuum naturam
intueamur, habent in se vim admira-

A bilem,

*Мagna
Sodaliti-
огне
толнѣ.
т.т.*

bilem, bonum omne animis humanis
 inferendi. Cùm enim Virtutis exerci-
 tatio honestissima quidem ea sit &
 homine dignissima; amaritie tamen
 quadam suâ, & primâ difficultatum
 fronte, plurimos à se auertit, impro-
 uidos, aut immemores, *Dulcissima ex
 amaritis generari.* Sed momenti mul-
 tum habet ad timorem hunc pueri-
 lem peruincendum ea cogitatio, Ni-
 hil nimis arduum esse, quò Sodales
 tui euadere potuerunt. Animamur i-
 gitur exemplis: subinde pudore im-
 pellimur, & socordes videri nolu-
 mus, cùm strenuè alij rem gerunt: Ut
 illud quoque hic locum habeat:

1.
*Impellunt
 ad imi-
 tandum.*

Eneid.
 2.

*Festinate Viri; nam que tam sera
 moratur*

*Segnities? ALII rapiunt incensa,
 feruntq;*

*Pergama; Vos celsis NUNC PRI-
 MVM à nauibus itis?*

I. R. conf.
 c. II.

*Sic S. Augustinum, Casta dignitas
 Continentia, serena & non dissolutè hi-
 laris, honeste blandiens, ut veniret eò,
 quò transire dubitabat, hortabatur;*

ex.

DE ORIG. SODALIT. 3

extendens pias manus, plenas gregibus bonorum Exemplorum, & cunctantē, irridebat irrisione exhortatoriā: Tu non poteris, quod Isti & Ista? Ab illicitis scilicet voluptatibus animū corpusq; continere: Quod generosissime faciunt Tot Pueri & Puella, Inuētus multa, & omnis aetas, & graues Vidua & Virgines; id tu Vir nequeas? Atque illud verò ipse post fecit. Ita prima è Sodalitate aliorum utilitas existit, Prouocari ad imitandum.

Deinde molestiarum ac fastidij certum remedium inde petitur, cum plures laboris socios aspiciamus: & ut ferè Voluptas solitaria diu neminem tenet; sed eius quadam communicatione, ac, si aliter non possimus, nar-rando saltē iuuat gaudij nostri augmentū capere: Ita in doloribus ærumnisq; non parum leuamenti habet Societas; & plurimū delectat Honestas inter optimos Sodales culta.

Iam reliqua Congregationū emolumenta, quæ à Deo in vnius quasi Corporis membra diffunduntur, &

2.
Sociorum
labores
inueniuntur

3.
Multa
à Deo,



Patronis, mutuo commercio fouentur; aut quæ
Legibus Beatissima VIRGO MARIA, alijque
comoda. Tutelares Diui Clientibus suis accu-
Innume- mulant, quæque à sapientibus Insti-
ra alia. tutis, atque Legibus emanant; quòd
 sint quædam Virtutis Gymnasia, mo-
 rum sanctissimorum Scholæ; quod in
 ijs Diuinaus cultus, cæterorum verus
 ac prudens Amor, sui vincendi, do-
 mandique pius ardor conseruetur,
 atque augeatur; quòd magnâ cum
 spe Beatitudinis, Patronorumq; suo-
 rum præsidio tuti è vitâ abeant. Quis
 enumeret omnia? Mihi hoc proposi-
 tum non fuit. Præstiterunt id Viri do-
 ctrinâ atque pietate clarissimi, inter
 quos est R. P. Petrus Antonius Spi-
 nellus è Societate IESU, in suo opere,
 quod de B. V. laudibus scripsit, vt nō
 sit opus, a se ab alijs, iterum agere.
 Illud tantum ad originem Sodalitio-
 rum pertinere iudicauimus, maximæ uti-
 litatis inde prouenturæ spem, eorum
 erigendorum causam præbuisse. Quo
 verò loco & tempore ortum habue-
 rint, nunc dicendum est.

II. Sodalitatum Institutio non nuper a deo inuenta est: Ferme ab ipso vsque Christianæ Religionis exordio cæptas fuisse, vero similiter suspicari possumus. Nam cum principio Christiani Hierosolymis atq; Antiochiæ facultates suas conferrent, atq; communibus victitarent; cæpit eas sensim consuetudo penes Religiosos residere, multitudine ipsa diuisionem bonorum aliquam exigente. A vero tamen nequaquam abhorret, Christianos veteres, vbi ab ea primâ viuendi ratione discesserunt, communitatis ac Societatis dulcedine illectos, aliquem eius usum retinuisse, atque inter se confœderatos, peculiaribus officijs Deum coluisse. Quod vt credibile mihi sit, faciunt varij cõuentus in diuersis Martyrum gestis relati; multiplices item cætus, qui in Religionibus tandem abierunt: tum quod circa ea tempora apud Romanos Collegia & Sodalitia paucorum etiam & inter se coalescentium, quos fratres & Sodales nominat Ca-

Instituta olim Sodalitia incitant ad noua fundanda.

Primi Sodalites, Act. 4. S. Hier. in Philone.

Vide Baron. Ann. no 57. Romanorum Sodalitia.

*L. final.
ff. de Col-
leg.*

*L. 1. ff. co-
dem. l. 1.*

*§. Qui-
bus autē
ff. Quod
cuiuscū-
que Uni-
uers. no-
mine.*

*L. 3. §. in
summa
et. 1. si.*

*nal. ff. de
Colleg.*

*Anno 44.
n. 88.*

*l. de sa.
crā. c. 94.*

*Comm-
nio bono-
rum ope-
rum spe-
ciatim o-
lim & s-
tatis*

*rum ope-
rum spe-
ciatim o-
lim & s-
tatis*

*rum ope-
rum spe-
ciatim o-
lim & s-
tatis*

*rum ope-
rum spe-
ciatim o-
lim & s-
tatis*

*rum ope-
rum spe-
ciatim o-
lim & s-
tatis*

*rum ope-
rum spe-
ciatim o-
lim & s-
tatis*

ius, fuisse non tantum negotiationis, sed religionis quoque causa, testatur Marcianus, qui ad exemplum Reip. habebant res communes, arcam communem, ut ait Caius, quæq; auctoritate Principum aut Senatus institui debebant; legibus tamen proprijs uti poterant, dummodo ne quid ex lege publica corrumperent. Credibile ergo est, Christianos eum morem in suos transtulisse, cum cetera Gentilium instituta tam diligenter imitati sint; è quibus quidem Dei honor promoueri, animarumq; lucrum augeri poterat, ut multis ostendit Baronius. Deniq; Tho. Waldensis multis argumentis laborat euincere, SS. Paulum, Ioannem, Iudam Apostolos. Timotheum & Siluanum precum suarum atque bonorum operum portionem cum quibusdam interiore amicitia sibi coniunctis communicasse: idem ab alijs ex pacto factitatum, ac forsitan statas quasdam preces certa que opera mutuis studijs atq; animis indita fuisse, perquam proclive est creditu.

Sed

Sed in re incerta nihil amplius pronuncio. Illud certius est, à Constantino Magno institutam esse quandam Sodalitatem pro mortuis sepeliendis, illi persimilem, quæ nunc Romæ *Cōfraternitas Mortis* dicitur, quæ deinde ab Anastasio, & Iustiniano Impp. confirmata & prærogatiuis atq; exemptionibus donata est, vt refert Baron. ex *Novella Const. XLIII. de Officiis seu tabernis, & Nouel. LIX. de debitis impensis in exequijs defunctorum.* Año deinde Christiano 984. aliud quoddam coaluit Sodalitium Clericorum, de quo Baron. eodẽ año. Circa annum vero millesimum septuagesimum à S. Annone Colonienfi Archiepiscopo Sodalitatem quandam Immaculatæ Virginis erectam, Coloniae, indeque in alias vrbes deductam commemorat P. Ioan. Bonifacius ex historia cuiusdam Cænobitæ Sigeburgensis. Sed celeberrima, atque in primis nota est illa piorum congregatio, quam S. Dominicus Prædicatorum auctor contraxit, ac

Sodalitas mortuis sepeliendis creata.

Anno Christi 336. in fine.

Cæterum Clericorum.

Sodalitas B. Virginis. L. 2. Histor. Virgin. c. 14.

*Rosarij.
Varia a-
lia.
De his
Spinellus
c. 40. n.
1041. 12.*

Rosarij nomine insignitam. latè per orbem propagavit. Secuti sunt deinde plures ad pietatem se exercentium coetus Florentiæ, Senis, Romæ, Neapoli, è quorum Societate præclarissimi quique Viri extitere. Atque ex Florentino quidem, Ordo Servitarum originem traxit; è Senensi, quam *Confraternitatem disciplinarum B. Mariae Virginis* dixerunt, Ioannes Columbinus Iesuatorum fundator, Bernardus Ptolomæus, Patritius Patritij, Ambrosius Picolomineus, Ordinis Oliuetani prima germina; S. Bernardinus Senensis sanctitate & rebus gestis celebris prodierunt. Sodalitas Romana *Confalonis S. Bonaventurae* instructore gloriatur; & illa altera *Divini amoris* Clericos Theatinos protulit; Neapolitana Clericos Regulares Minores progenuit. Ut ab omni memoria huiuscemodi Sodalitia sanctissimorum hominum incunabula quædam fuisse compariantur.

III. His itaque animorum emolumentum.

DE ORIG. SODALIT. 9

lumentis atque illustribus virtutum
 exemplis ante oculos positis, Socie-
 tas Iesu suo instituto in animarum
 lucrum intenta, hos tales cœtus co-
 gere incepit. Primus autem omnium,
 quod quidem cognosci potuit, Par-
 mæ institutus fuit à P. Petro Fabro
 primo S. p. IGNA TII Socio viro san-
 ctissimo, anno Christi millesimo tri-
 gesimo nono, de quo cœtu hæc Nico-
 laus Orlandinus. *Sane ea Sodalitas*
etiamnum viget, & Sexagesimum iam
annum, & eo amplius Fabri præceptis
se se alit, atque sustentat. Ac progressi-
ente die tantum roboris est adeptæ, ut
eorum quoq; patrocinium suscepit,
quos & à mendicando deterret pudor,
& quos inscitia, ignoratioque diuina
legis tenet, & quos Carnifici patibulo-
que leges addixerint: eademque sem-
per fuerit quasi quedam procreatrix
ac parens plurima variaque in ea vr-
be pietatis, plurimeque item Sobolis,
quæ ex communi vulgarique vita ad
canobiticam Religiosamque se trans-
ferret. Quæ autem illa præcepta fue-

*De Sodalitatibus
 erectis à
 Patribus
 Societ.
 IESU.*

*l. 2. hi-
 stor. Soci-
 et. n. III.*

n. 108. & fegq. riat recenset copiose idem Auctot...
 Alterum deinde Sodalitium anno quinto & quadragesimo supra sesquimillesimum erectum est Fauentia à P. Paschasio Broëtto, vno è decem primis Societatis patribus, què S. I G N A T I V S Angelum ob innocentiam morum vocare consueuerat. De quo Sodalitio plura Nicolaus Orlandinus. Tertium denique & quartum Neapoli constitutū est, año Christi, 1554. vt refert Nicolaus Orlandinus in historia Societatis Iesu. Ac priori ab S. Eucharistia nomē inditum est alterum ibidē foeminarū *Iesu deuotarum* excitatum. Horum duorum coetū officia describere hic supersedeo, quia ad nostrā B. Virginis Sodalitatem pertinere non videntur, vt qui ante inchoati, suis legibus & meritis viuere voluerint. Nostræ itaque Parthenianæ Congregationis initia, tenuia illa quidem, sed quæ maximis incrementis Dei opt: & Beatissimæ Mariæ Virginis, quam patronā atque aduocatam sibi delegit, fauore

DE ORIG. SODALIT.

in immensum excreuit, memorare
 aggredior. Rem totam Franciscus
 Sacchinus sic narrat: *In Laine*
pia quadam Sodalitas, auctore Ioanne
Leonio Belga infima Rudimentorum
Grammatica classis Magistro, inter
inferiorum classium adolescentes, ex
his qui precipuo studio sociare cum li-
teris pietatem cuperent. Capere diebus
singulis, post missos ceteros, in unam
è Scholis, in qua altare pulchrè orna-
uerant, congregari, ibi aliquamdiu o-
rabant uniuersi: deinde unus è pioli-
bello quidpiam legebat audientibus ca-
teris, diebus verò Dominicis ac Festis
etiã vespertinas de more Ecclesie, mo-
dico cum cantu, peragebant preces. Ex
his rudibus inityis sodalitates, qua de-
inde B. Virgini precipuo studio dedica-
ta, tam insigni cum iuuentutis, atque
aliorum bono certis formata institutis,
late per omnes mundi oras fusa sunt,
emanarunt. Quamquam non Roma
primum hi simplices discantium cœtus
exorti. Nam ante hunc annū Genuæ
ac Perusie mentionē eorū reperi. Hæc

In Laine
sec histo-
ria Soc-
et. IESV
e. 2. lib. 7.
n. 7.
Sodalit.
Virginis
Annun-
tiata pri-
mordia.



Lib. 8. n. 37. ibi. Deinde inter ea quæ anno 1564. sunt gesta, idem Sacchinus de hac ipsa Sodalitate Romana narrare sic pergit: *Quæ cepta superiore anno sodalitas discentium erat, ea Beatissima Virginis subiecta hoc anno tutela est; iisque constituta legibus, quibus magnam partem hodieque regitur. Finis propositus in pietate, literisque progressus! sodales ad Septuaginta numeran-*

Ratio Vivendi primorum Sodalium. *tur: quaque hebdomade confiteri: quaque mense Christi corpus sumere: singulis diebus Sacro interesse, Virginisque vel Rosaria vel preces à libello iussi percurrere. Vespere è schola dimissi congregati quartam hora partem meditationi; alteram autem, partim excipiendis capitibus, quæ die postero meditarentur, partim conferendo breviter, quæ agitauerant, consumebant. Diebus Festis à prandio post decantatas vespertinas preces, alij ad visendos in Nosocomijs egrotos, alij ad salutandas Divorum reliquias, alij ad alia pia munia mira ibant alacritate. Omnibus unus è Societate præerat, qui cum*
cate-

cetera moderabatur, tum diebus dominicis adhortationem habebat. Ex sodalibus unus, qui praeesset ceteris, lectus est, cui Praefecti appellatio indita: duodecimque praeterea, inter quos cura reliquorum distributa, ut nullus negligenteretur: quoque paucioribus quisque intentus esset, hoc absolutius cuncta procederent. In ceteris commoditatibus huiusce sodalitatis, illa non fuit e postremis, quod inter se agentes pari animo & pietate adolescentes, vitabant improborum consuetudinem, qua molli improvidaque aetate exitium nullum est certius. Haec Sacchinus. Verè ex ore infantium & lactentium perfecit laudem suam Humilis Virgo, quae pene in puerili aetate, tanta & tot praestantissimorum virorum dignitate illustris Sodalitatis, fundamentum ponere voluit: ut iam principio disceremus, neminem sodalium ad insignem aliquam virtutem hocque coetu & tanta Patrona dignam eua-

Humilis-
tate cre-
scit Vir-
tutes.

Serm. 10. de Verbis Domini. bene monuerit S. Augustinus: *Magnus esse vis? a minimo incipe: cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita Humilitatis.* Sed quo successu in tantam molem ex imis assurrexerit Virginis ANNUNCIATÆ Sodalitium, memoriæ prodere iuuat.

In Bulla Erectio- nis Pri- marie. IV. Cum ad Romani huius Sodalitij formam in diuersis Mundi partibus & præsertim insignioribus Europæ ciuitatibus, qui in collegijs Societatis IESV literis operam nauabant, Optima deuotionis & piorum operum huiusmodi exercitia feruenti studio imitari, & exinde multiplices fructus ad Dei gloriam ipsiusque diuini nominis cultum a Beata Maria Virginis honorem prouenire cepisse intellexisset Gregorius XIII. Pontifex Maximus, iamque ante id temporis IV. Id. Sept. MDCLXXVII. ad Sodalium feruorem fouendum, eisdem gratiam delictorum, quas Indulgentias vocamus, imperiuiisset: vt vberior fructus, quasi à capite latius in corpus

pus

pus diceretur, primarium Sodaliti-
 um sub titulo ANNUNTIATIONIS B.
 MARIÆ auctoritate Apostolica ere-
 xit atque instituit, Præpositoque Ge-
 nerali dirigendum commisit: insu-
 per condonationes pœnarum libera-
 lissimè indulgit: ac deniq; eidem Præ-
 posito Generali alia eiusdem nomi-
 nis Sodalitia ubiq; terrarum in Col-
 legijs Societ. auctoritate Apostolica
 erigendi, instituendi, Romano pri-
 mario, tamquam membra capiti cõ-
 iungendi, iisdemq; Gratiarum & In-
 dultorum, quibus Romanum gau-
 det, beneficium conferendi, amplam
 fecit potestatem, vt Diplomate an-
 no 1584. Nonis Decemb. edito con-
 tinetur. Eam deinceps facultatem
 Sixtus V. Pontifex Maximus, nõ tan-
 tum Scholares collegiorum, sed que-
 uis hominum genera in quibuscunq;
 Domibus Societatis sub quocunq;
 titulo congregandi & Romanis ad-
 scribendi auxit, Diplomate ad id aõ
 1586. Non. Ianuarij expedito. Quod
 vt in Residentijs quoque fieri posset,

*Prima-
 ria Ro-
 mana In-
 stitutio.*

Cle-

Clemens VII, indulfit anno 1602. III. Cal. Septembris. Atque ab his initijs Romana Primaria Congregatio nata adoleuit. Placet hic añectere, quæ de Congregationis illius Primariæ præstantia, cum primùm innotuit æstimatione passim apud omnes concepta atque in quanto precio fuerit. Idque ex ipsiusmet Sodalitatis ad Ingolstadtenses, à quibus *Sodalem Parthenium* sibi dedicatum acceperat, datis literis (quarum in decursu frequentius meminero) excerpam. *In primis igitur, ut à Maioribus nostris incipiamus, inquit, illud habetore, Sodalitatem hanc quo tempore habuit exordium, & multis annis deinceps, & Sodalium numero & egregia eorum in Deciparã Virginem pietate magno-pere floruisse. Testantur hoc sones aliqui ex eo catu adhuc viuentes: testantur complures doctrina, & vita probitate insignes, qui ex hoc loco ad summam nominis amplitudinem peruenierunt. E quorum numero Marianus Perbenedictus, qui à Sixto V. post Prefectu-*

fe^{cturam} Urbis in sacrum purpurato-
 rum Patrum Senatum cooptatus fuit,
 primum dignitatis aditum huic sacra
 Sodalitati acceptum retulit. Cum enim
 in Clientela B. Virginis apud nostros
 esset virtute & pietate precipuus, apud
 Gregorium XIII. à Patribus Societa-
 tis IESU eo nomine commendatus Ca-
 nonicatum S. Angeli in foro Piscium
 primum, deinde Episcopatum Martu-
 ranensis Ecclesie meruit obtinere. Tan-
 ta erat huius Sodalitij existimatio, &
 tam bonus odor, ut ex relatione senio-
 rum satis constet adolescentem Romæ
 nobilissima stirpe à patre increpitum,
 quòd contubernium Parthenium de-
 servisset, ad illud per comminationem
 exhæredationis redire compulsus fu-
 isse; nec receptum nisi publica pœniten-
 tia peracta. Pedes enim omnium in-
 troeuntium & egredientium in limine
 osculari iussus paruit magno edito
 Christianæ humilitatis exemplo. Au-
 divisse se à Sodali grandævo, qui ante
 multos annos è viuis excessit, narra-
 vit nobis unus ex nostris, qui huic Epi-
 stola

stola subscripsit: Illum cum Verona iter faceret, ad familiarem quendam in Sodalitio hoc sibi notum Augustini Valerij Cardinalis & Veronensis Episcopi accessisse. Cum verò in edibus Episcopi ab eo digressus esset Cardinalem casu hominem conspicatum quasiuisset familiari, etiam esset: utq; cognouit unum esse e Romano Sodalitio statim accersiri iussisse, & hospitio exceptum liberaliter tractasse non sine insimulatione familiaris, quod id non antea sua sponte fecisset. Duo etiam argentea candelabra cum suo Crucifixo, qua nostra Sodalitati Serenissimus Bavaria Dux Guilielmus ante complures annos donauit, hodieq; apud nos extant, non minus piam tanti Principis munificentiam, quam huius sacri conuentus egregiam apud externas etiam gentes existimationem atq; Deipara Virginis in eo presidentis venerationem testantur. Hæc Romani Sodales de primaria Congregationis cum adolefceret flore atque apud omnes insigni odore memorant. Nunc quam multa

inde

inde piorum hominum Sodalitates
excreuerint videamus.

CAPVT II.

DE VARIETATE

& multitudinis Sodalitiorum.

I.

AB hac deinde stirpe innumeri
surculi pullulârunt; institutæ
que sunt Congregationes Clerico-
rum, Religiosorum, Nobilium, Stu-
diosorum, Ciuium, Opificum, Iuue-
num, Adolescentum: aliæ Assumptæ,
Cõceptæ, Natæ Virginis titulo, quæ-
dam Angelicæ, aliæ Angelorum, ali-
quæ Apostolorum, nonnullæ S. Spi-
ritus, aliæ Venerabilis Sacramenti
nomine insignes, aliæ alijs Tutelis
nuncupatæ prodierunt. Indulget
enim Sixtus V. vt memorauimus, in Bul-
la, qua potestatem erigendi congrega-
tiones à Gregorio XII. factam extēdit
vt Patres Societatis possint Romano
Primario Sodalitio aggregare alias
Con-

*Ab hinc
propè in-
numera
alia crea-
scantur.*

*Ratio
tam di-
uersa.*

Congregationes tam sub eodem Beate Maria Annunciata, quam alio quouis titulo & invocatione.

II. Neque verò cuiquam mirum videri debet, quare tanta sit varietas atque in titulis & personarum discrimine Congregationum differentia, ut sub alio nomine Nobiles, sub alio plebei conueniant, alicubi seorsim Sacerdotes, seorsim ciues, seorsim adolentes, seorsim maturioris ætatis sodales cætus suos agitent: graues enim illius discriminis causæ afferri possunt. Nam cum omnium quidem huiuscemodi Sodalitatum finis sit, Christianæ pietatis incrementum; in specie tamen aliquæ præterea alios certos sibi terminos præfixerunt, ut mox referam: hinc quò via commo- diore eo, quò volebant, deducerentur, variatione quadam legum atque alijs Institutis distingui debuerunt; ne alioqui officiorum confusio, diuersique non nihil fines animos pariter fructumque distraherent. Modus quoque ipse regendi & sacra præcepta

tra-

tradendi, separationem quandam requirebat! neq, enim omnibus eadem conueniunt; & diuersæ ætates diuersum animi cultum exigunt. Ob eam rem in plerisque locis id Sodalitium, quod è literarum studiosis cõflatum est in Maiorum atque Minorum cœtus dispertiri placuit. Eadem ex causa Tirocinia alicubi fundata reperio, vt tenera ætas disciplinæ sublimioris insolita, primis rudimentis imbuta, paulatim solidiori virtuti insuesceret. Alibi Sodales communibus exercitijs minimè contenti, separatim inter se strictiorem consuetudinem inierunt, quâ ad pia colloquia agitata conuenirent & alijs officijs Patronam sibi suam amplius demerentur, quos cœtus Colloquium appellant. Vniuersim quia ad impellendos in vtramque partem animos maximum momentum adfert, pares ætate, genere, vitæ statu, tum eodem studiorum aut munerum cõmercio congregari, maioremque ea similitudo voluptatem parit; idcirco in-

est

3.

4.

tot diuersos coetus similibus inter se hominum, optimè genus omne Sodalium ita diuisum est, vt diuersa valde membra vno sub capite ab vno Spiritu vegetentur, ac cõcordissimã dissimilitudine vitam non dissimilem agitent.

Multitudo Congregatorum.

III. De multitudine verò Sodalitiorum quæ per orbem, quàm latissimè patet, sparsa sunt, possem multa commemorare. atque adeò in priore Editione Catalogum bene longum pertexueram eorum, quæ ab anno 1581. vsque ad annum 1612. instituta repereram publicis monumentis prodita, omnino supra quadringenta, neque tum tamen antiquiora vel recentiora attigeram; plurima quoque eius temporis siluatio inuolueram, quòd literæ diuersarum prouinciarum ad nos perlatae non fuissent. Nec dubito quin syllabus ille tot Sodalitatum plurimis lectu incundissimus fuerit, cum cognoscerent inde & Deum Deiparamque

Virgi

Virginem à tot in diuersis terrarum
 plagis tam singulariter coli, & tot
 precum meritorumque communio-
 ne beatos se viderent. Et certè cupi-
 uissem illa voluptate lectorem non
 priuare, nisi me grauis illa ratio fle-
 xisset ad omittendum, quòd facile
 aduerterem, multorum me offensam
 incursum, si quam plurimis præ-
 teritis, nonnulla nominarem, cùm
 & potior mihi ratio suppetere non
 videretur, cur aliqua præ alijs pone-
 rem, & omnia nominandi copia non
 foret.

IV. Ex eo tamè de numero Con-
 gregationum promptè poterit qui-
 uis conijcere, si locorum, quæ Socie-
 tas I E S V colenda suscepit, multitu-
 dinem ante oculos sibi ponat. Nam
 quocunque pedem illa intulit, secuta
 est è vestigio vna aliqua Sodalitas.
 Imò quibus locis Tyrannorum cru-
 delitas Christianorum virtutè graui-
 bus tormentis exercet, & Societatis
 nostræ patres vel omnino proscribit,
 vel in obscurissimas latebras detrudit
 Soda-

*Cur syl-
 labus ca-
 rum non
 edatur.*

Sodalitates nihilominus nobilissimæ existunt. Ita quendam S. Ignatij nomine inter viros in ultimam Iaponiam, atque ibidem inter pueros Angelorum coaluisse reperio in illis literis, quæ fortissimorum Athletarum P. Caroli Spinolæ & Sociorum gloriosissimam pro Christi Religione defendenda inter lentos ignes initam pugnam victoriamque morte obtentam memorant. In quibus complures velut in umbra ad palum pugnare docti postmodum in arenam contra furorem omnem hostilem descendere ausi sunt, ut in iisdem literis, atque alijs de Iaponum triumphis editis historijs proditur.

V. Neque vnus locus à Nostri-
coli cæptus vna tantum aliqua con-
tentus est areola. In plerisque binæ,
ternæ, quaternæ euirescunt. Nostra
hæc Dilinga non magna vrbs, qua-
terna tamen Sodalitia patrum Socie-
tatis labore curat: tria vetera Studio-
forum atque religiosorum, & quartum
venerabilis Sacramenti & sancti

Ber-

Bernardini, quo Viri Primarij Aulici
 ciuesq; continentur, non ante mul-
 tos adeò annos excolendum accepit.
 Anno 1611. numerantur in Infula
 Chio à quatuor Sacerdotibus quin-
 que Congregationes curatae. Baxæ
 in Bætica 1609. à totidem patribus
 septem administratas reperio. Sola
 Neapolis à P. Spinello censere quin-
 decim perhibetur. Iam de 798. do-
 micilijs, quæ año 1626. habebat So-
 cietas, ac de innumeris Excursionibus
 quiuis facile cõiecerit, quantum
 numerum Sodalitiorum passim stan-
 tium par sit aestimare. Quid quæri-
 mus? Vnus P. Gregorius Cisnerus,
 qui anno 1611. in Collegio Cuzchẽ-
 si è viuis abiit, trecenta sub Nomine
 IESV constituisse Sodalitia memora-
 tur. Vt propemodum operæ pretium
 fuisse arbitrer, ad nostram notitiam
 pauca adeò peruenisse, ne pro libro
 Catalogum edere cogeremur.

Cæterum Sodalit noster Parthe-
 nius, quem optimis exemplis institu-
 endum suscepimus, cum inter tot

B

So.

CIC.
100. XVZ.*Multitudo
Cõgregatio-
num.*

*Inter tot
bonos
turpe est
in Sitis-
mis hære-
re.*

Socios se repererit, & è comuni fructu inde ad se deriuato voluptatem capiet, & sedulo pro se faciet, ne ipse sit asymbolus: nec eo contentus, quod inter bonos nomen professus sit suum, conabitur quoque aliena tam pulchra facinora imitando sua facere: sed iam ad alia transeamus.

CAPVT III.

QVIBVS LEGIBVS

vtantur Sodales.

I.

*Lex est
anima
Republ.*

OMnis Respublica suo quodam Corpore atque animo constat. Multitudo illi mortalium pro corpore; bonæ leges in vicem animæ sunt. Ac quemadmodum membra sensim putrescere atque à se inuicem resolui incipiunt, quando anima abiit: ita multitudo cohærere diu nequit, si legum expers sit. Vnde sapienter Sodalitiorum Moderatores legibus

gibus ea deuinxere. de quibus nunc ordine agere conuenit, postquam de corpore abunde dictum est: Sed paucis id exequar, quod in omnium manibus & notitia versatur.

II. Leges alia communes omnium sunt, alia quorundam propria. Nam ut quæque Congregatio præter pietatem Christianam, quam cõmunibus tuetur atque exauget, fines sibi proprios seorsim præfigit, ita ad eum obtinendum proprijs rationibus, quæ decretis singularibus continentur, utitur. Ac communes quidem sunt, *B. Virginem præcipua ueneratione atq; honore persequi, morum integritate imitari, in animis suis atq; aliorum excitare cupiditatẽ sanctissimi illius nominis extollendi*: Magistratui & Moderatori è Societate dato parere in ijs, quæ ad Sodalitij officia spectant: peccata vitæ totius in primo ingressu, & tum certis diebus festis, ac prima quaq; mensis Dominica explicare illi, quæ P. Rector Collegij assignarit; Diuinoq; epulo accubere:

Leges cõ-
munes
Sodalitij.

I.

II.

III. IV.

B 2

Do-

- V. VI. Dominicis diebus, & subinde quoque alijs vnum in locum, quasi in sacrum lycæum, itare, ibique de Sodalium officijs vel differere ipsos inter se vel audire differentem aliquem, aut legentem attendere: Sacrificio incruento quotidie assistere; *Diebusq; constitutis Eucharistiam simul accipere*, ac post vnum horæ quadrantem piacuiam commentationi vel precatiori impendere: Statas preces matutino tempore, alias vesperi dicere dieiq; exacti rationes à seipsis recitare: Denique omni virtutum exercitio pollere: Absentiæ à conuentibus solitis causas idoneas aut pœnare: In celebritatibus atque apparatibus pro honore Sodalitatis & bono exemplo niti: Sodales ægros visitare; & si quidem è vita migrent eorum funus alios efferre, alios exequias ire omnes quâ publicè quâ priuatim piacularia vota Sacrificiaque procurare. Qui peregrè abeunt, consilij Præsidi Præsectoque proficisci, munitiones ijs literis, quæ fidem faciant eo stipen

stipendia Mariana meruisse, vt ad eadem signa, vbi vbi miles noster est, admittantur: vbiq; Duce suo ac Commilitonibus Parthenijs digna gerere: Imbelles, ignauosq; disciplinae ocores, quique ingenio malo prauoque sunt auersari, fugere lites, aleam ganeamque detestari: ipsos inter se necessitudinem atque amicitiam colere, strenuissimum quemque ad imitandum proponere; pulcher-
 rimis denique factis Maximæ Patronæ se clientes probare: Ad extremū leges pernoscere atque accuratè ad earum normam vitam instituerè, non tantum earum, quæ Communes sunt & cum Præfectus Magistratum in publicè recitantur, sed quas sibi peculiare quæque Sodalitas sanxit.

XIII.

III. Sunt deinde aliæ Magistratum leges; aliæ de admittendis ijs, qui se cœtibus his adiungere postulant; aliæ de ratione creandi Magistratus; aliæ de rebus in deliberationem adducendis discutiendisq; conditæ; quas referre nihil opus est. Demum

B 3

suas

suas sibi quodlibet Sodalitium leges propriumque ius condit. quæ omnia non modo prolixum esset describere, sed nec noscendi quidem copia suppetit. pleraque ex ijs, quæ proximis capitibus, sub nectam, intelligi poterunt.

IV. Atq; hæ leges Ingolstadij 1588. V. Idus Aprilis primum promulgatæ sunt. Et vt maius robur ab acceptance Sodalium haberent, quotquot tunc aderant iisdem manu sua subscribere iussi sunt, si quidem Sodaliũ nomen ac locũ retinere vellent. Paruerunt omnes animo alacri, suaq; subscriptione posteris exemplum atque documentum reliquerunt. Congregationem in suo flore tamdiu futuram, quamdiu apud eam legũ amor atq; custodia in precio foret: vbi earum curam post alia habitura esset, splendorem perdituram. Quo magis par est nos eniti, vt quam optime institutam accepimus, eandem ad posteros florentem studijs & officijs omnibus perfectam transmittamus.

CAPVT

CAPVT IV.

DVBIA DVO CIR-
ca Sodalitatis administratio-
nem expediuntur.

I.

Nunc quærat quispiam, cum So-
dalitates Rem quandam publi-
cã dixerim, cuius illæ imperio pareant,
ac penes quem suprema in eas sit Iuris-
dictio? Nõ magni laboris erit quæsti-
onem euoluere, legenti, quæ Maximi
Pontifices Gregorius XII. & Sixtus
V. suis Diplomatis constituerunt.
Nam si supremam potestatem penes
illum Iurisperiti iure merito ore vno
collocant, qui statuta, constitutiones,
dècreta condere, immutare, corrige-
re, moderari, reformare, ac commu-
nitati ferre potest; cuique fas est, de-
creta ad examen reuocare, eaque ap-
probare vel abrogare; qui communi-
tatem erigendi, instituendi, lustrandi,
ac denique dissoluendi vim, atque

De Super-
rioribus.
Congre-
gationũ.

Arg. l. 2.
§. postea
ne duri-
us & §.
Et cũ pla-
cuisset. ff.
de orig.
Iurũ. §.

l. 12. C. de auctoritatem obtinet: dubium nemini
legibus. esse potest, Præpositum Generalem
Præposi- Societ. IESV supremo iure Sodalita-
tus Gene- tes administrare, cui totum illud ius
ralis So- erigendi, dissoluendi, lustrandi, decer-
cietatis nendi, aliaque faciendi, Pontifices tri-
Iesu Con- gregatio-
gregatio- buerunt. Gregorius XIII. Sic loqui-
num est tur: Præterea eidem Præposito seu Vi-
supremū cario Generali pro tempore existenti,
caput. ut in quibusuis alijs dictæ Societatis
in Bulla Collegijs extra Urbem prædictam, per
Erectio- uniuersum orbem, nunc & pro tempo-
nu. re erectis & quascunq; alias seu qua-
C10.10. cunque alia Scholarium ibidem lite-
LXXXIV. rarum studijs insistentium, & aliorum
Christi fidelium ipsi Societati deuoto-
rum Congregationes, seu Sodalitia sub
eo titulo Annunciationis Beate MA-
RIE, quæ ab ipsa primaria Congrega-
tione, seu primario Sodalitio tanquam
membra a capite dependeant, Aucto-
ritate nostra sine tamen Societatis aut
Collegiorum & Ecclesiarum huiusmo-
di præiudicio Erigere, & institue-
re &c. Nec non tam primariam, seu
Præpositi primarium, quam omnes & singulas ei
Genera- IESV in
lis Societ. aggreg-

aggregandas Congregationes, seu om-
 nia & singula ei aggreganda Sodali-
 tia huiusmodi Per se vel alium vel a-
 lios eiusdem Societatis presbyteros
 idoneos ad id ab eo deputandos Visita-
 re, & pro earum felici statu, regimine
 & directione, quæcunque statuta,
 constitutiones, & decreta, licita ta-
 men & honesta sacrisq; canonibus, &
 Cōcily Tridentini decretis non contra-
 ria: nec nō ab ipso Preposito seu Vicario,
 si per alium vel alios deputādos huius-
 modi fiant, examinanda & approban-
 da edere; ac postquam edita fuerint,
 quoties pro eorum & temporum qua-
 litate, aut aliās expediens ei videbitur
 immutare, corrigere, moderari, & re-
 formare, aut alia ex integro condere
 liberè & licitè valeat, eisdem Auctori-
 tate Apostolica & tenore perpetuo
 concedimus & indulgemus: decernen-
 tes statuta, constitutiones & decreta
 huiusmodi, postquam edita, immuta-
 ta, correctā, moderata, reformata &
 condita fuerint, ab omnibus Sodalibus
 predictis Inviolabiliter observari de-

Primari-
 um & a-
 lia om-
 nia ei cō-
 nexa So-
 dalitia
 potestas.

Leges ab
 ipso Con-
 dita, mō-
 data, Cor-
 recta, re-
 formata
 servari
 debent.

bere. Haftenus Pontifex.

In Bulla
Extensio-
nis.

CIO. IO.
LXXXVI.

Præposi-
tus Gene-
ralis po-
test ere-
ctas Con-
gregatio-
nes dis-
soluere.

II. Quæ Sixtus V. Sic ad alia So-
dalitia etiam in Domibus Societatis
creta & instituta extendit, *ut omnia*
in illis Gregorij XIII. literis contenta,
& presentibus literis huiusmodi cōces-
sa, indulta, elargita, ac si specialiter de
verbo ad verbum eisdem presentibus
inserta, eorumque totitenores expressi
forent, concessa esse intelligantur. Et in-
fra: *Volumus autem quod si dictæ Con-*
gregationes aut Sodalitia; vel eorum
quæcunq; aliquo modo eidem Societati
vel Domibus seu Collegijs aliquod im-
pedimentum, seu præiudiciū pro tem-
pore attulerint, idem Præpositus vel Vi-
carius, illas vel illa aut eorū singulas vel
singula, dissoluere possit. Ita Sixtus V.

III. Ex quibus omnibus confici-
tur, Præpositum Generalem Societ.
Iesu supremam potestatem in Soda-
litates huiusmodi à Sumis Pontifici-
bus consecutum, easdem erigere, lu-
strare, dissoluere, legibus ac decretis
munire; si ipsæ quid statuant, exami-
nare, approbare, improbare posse:

cui

cui proinde in illis, quæ ad Sodalitij profectum pertinent, parere teneantur ij, qui in cœtus hos adlecti nomen remq; Sodalium retinere volunt. In manu tua est, an Romæ viuas: Si viuas, illius more viuendum, aiunt.

IV. Quod ipsum Romana primò Primaria Sodalitas, cui reliquæ per orbē veluti surculi quidam suæ arbori insertæ sunt, testatur, dū de dubijs subinde enascentibus consulta, se eadem ad Præpositum Generalem Societatis IESV retulisse, atque ab eo sic resoluta, vt ipsi perscribebant, memorat. Sic illa Eistadianæ respondet, vt statim referam. Sic cum Lugdunensis Assumptæ Virginis Cōgregatio 10. Junij 1619. de Indulgentijs lucrands dubiū proposuisset, Romana Primaria eodem año. 25. Augusti rescripsit dubij resolutionem, prout triennio ante ab eodem Præposito Generali, eandem acceperat. Eā resolutionem infra comòdius referam.

V. Sed nūc alterā quoq; dubitationē quæ torquet aut perturbat, hic dis-

An ex lege Sodalitatis nostri cogantur nomen dare Cōfratris Rosarij.

Olim debebant.

soluamus : Verumne sit, Sodalitatem nostram dependere ab eo cœtu, qui Rosarij titulo floret, neminemq; in nostram posse adscribi, qui illi nomen prius suum non dederit? Sic enim quosdam disputare publice priuatimque intelleximus. Id olim ita fuisse M. SS. Annales Ingolstadiensis produnt, in quibus alicubi notatum inuenio Sodalitatis Rosarij inscribenda dare. Reperies etiam in Manuali Sodalitatis quod R. P. Franciscus Costerus primo edidit, leges Sodalitatis, quibus olim utebantur, quando primum fuit à Gregorio XIII. anno 1577. ditata prærogatiuis, inter eas illa secunda fuit, de nomine in *Fraternitatem Rosarij* prius dando, quàm in hanc nostram admitterentur. Sed hæc lex primis tantum annis viguit. Nunc enim vero postquam Gregorius XIII. Primariam Romanam crexit, tanquam aliarum id genus Congregationum caput, eamque Præposito Generali Societ. IESV regendam subiecit, nouaque

uæque leges, ita vti Generali fas erat, conditæ sunt, defitus est mos ille obseruari: neque post id Sodales nostri ex præscripto iam necesse habent Rosarij Sodalitium frequentare. Nā antehac cum Sodalitates à Patribus Societatis erigi solitæ, singulæ seorsim sine certo aliquo capite agerent, vti se satis tutari possent, primariam aliquam Sodalitatem quæ fierunt, cui se annecterent, in eaque se sustentarent; ad eamque rem opportunissima ea visa est, quæ & maximè diffusa & tempore antiquissima esset Rosarij Sodalitas: atque idcirco in eam certatim recipi petiuerunt. Sed vbi Primaria alia pro his talibus à Summo Pontifice instituta est, visum est Caput vnum sufficere, à quo dependerent; ad cuius leges & ipsæ vitam componerent suam, & quæ in illud Pontifices beneficia contulerunt, illorū emolumentum aliquod acciperent; suis iam legibus & gratijs locupletes. Igitur ab alterâ illâ Rosarij se segregarunt, non contemptu aliquo aut

*Iam ex
præscrip-
to non te-
nentur.*

negligentiâ, sed opinione, Præstare ex vnius formulâ rectè mores instituire, quam neutrius officijs satisfacere; cùm plerumq; animus pluribus intentus, nusquam integer sit.

VI. Atque hæc ipsa dubitatio est, quam Primaria Romana dissolutam Congregationi Eistadianæ transmissit; literæ sic se habent,

PRIMA PRIMARIA B. VIRGINIS ANNUNT.

*congreg. Perillustri Congregationi
B. Virg. Annunc. Eystad. Salutem & Gratiam Dei-
para.*

Quoniam nullâ negligentia intermissa est, neque obliuione muneris nostri contigit, vt ad Vos citius literas nō remiserimus, ideo sera nostra hæc responsio à DD. Vestris reprehendenda non videbitur. Multis enim grauissimisque negotijs detenti curam dedimus R. P. pro Germania Assistenti apud Reuerendissimum

mum Præpositum Generalem Societatis IESV, vt ipse dubiæ rei certiores vos redderet; confirmaretque fortissimos maximique animi viros. Quamobrem licet ille prouinciam hanc pro dignitate subierit: quod tamen & interuallum temporis iam satis longum intercessisset & virtutem vestram mentisque magnitudinem diligentius essemus nobiscum recordati, non existimauimus alienum esse institutis nostris breuiter hæc ad vos scribere. Nostram hanc Romanam Partheniorum Congregationem Summorum Pontificum liberalitate Primariam esse, nullique hæctenus subordinatam, nemo est, qui ambigat: dummodo diplomata Electionisque Bullas vel etiam superficie tenus cognouerit. Quod si quis hac de re dubitat, adhuc nostræ ditionis fines in iisdem priuilegijs recognoscat necesse est. Ita enim & ipsi ab onere iniuste suscepto desistent, & vos eximia laudis homines probatæque prudentiæ

viros vestra cum pietate veraq; Religionis cultu quietos esse sinent. Va-
lete Romæ in Oratorio nostro apud
Collegium Romanum X. Augusti
M. DC. XX.

*Petrus Marionus I. V. D.
Præfectus.*

*Ioannes Baptista Laurus
Secretarius.*

*Quidam
munc ali-
ter vidē-
tur sen-
sire.
l. 2. de
frat. Ros.
c. 8. n. 7.
Quo fun-
damen-
to.*

VII. Neq; aliter sentire arbitror
Recentiorem quendam, à quo qui-
dam videntur inducti; vt dicitare
vellent, Nos etiamnum obligari a-
pud se nomen profiteri. Perplexè ille
quidem loquitur, vt satis nequeas iu-
dicare, quid velit. Quid enim vrget,
*Idem numero institutum, eundem nu-
mero eiusdem Instituti modum. Hoc
institutum, dicti Instituti veterem for-
mulam, esse modum & conditionem
concessionis Indulgentiarum; Genera-
lem Societatis accepisse potestatem
edendi & immutandi statuta, pro re-
gimi-*

gimine & directione, non pro confirma-
 ti instituti derogatione? Nam illud si
 dicit, Primariam Congregationem
 ita institutam, ut primis legibus eam
 uti necesse sit, adeoque etiam illam,
 quam è P. Costero refert, de nomine
 nostrorum Sodalium in album Ro-
 sarij referendo, etiamnum vigere;
 non fore alioqui idem institutum;
 contendit: meâ quidem sententiâ à
 vero multum ille aberrat.

VIII. Idem enim Institutum re-
 ctè id esse dicitur, quod certis capiti-
 bus rerum gerendarum præscriptis
 captum, deinde aliquibus, quæ in eo
 præcipua sunt, retentis, propagatur;
 etsi alijs atque alijs mutatis, demptis,
 additis, nonnihil varietur. Quæ enim
 alioqui Religio eadem esse confabi-
 tur; cum temporibus exigentibus
 subinde aliqua dempta vel adiecta
 sint? Nec illa ipsa celebratissima Ro-
 sarij Sodalitas iam eadem erit, si ve-
 rum autumas, quæ alijs atque alijs ex
 parte regulis utitur. Nam R. P. Iaco-
 bus Spenger, Ordinis Prædicatorum

*Salmo In-
 stituo
 potuit id
 statutum
 abrogari.*

1.

2.

3.

*Anno
 C I O.
 C C C C.
 L X X V I.*

Pro-

Miscel. 5. Prouincialis aliquas addidit ijs, quæ
de psalt. primo factæ fuerant: his iterû deinde
Et Ros. alias appositas fuisse, notat Nauar-
n. 2. rus. Quid igitur? an ideo eadem ef-
 se desijt? vanum dictu est. An verò
 cum additio Instituto nihil officiat;
 aliqua detractio, cum in tuâ pote-
 state est, officiat? difficile creditu est.
 4. Iam illa lex de Inscriptione, fuit So-
l. c. n. 6. dalium nostrorum, *mera voluntas ac*
deliberata pieras, ait ille: Sit igitur
c. I. ex- *mera voluntas* quoq; eandem abro-
tra, de gare. *Omnis enim res per quascunque*
Reg. l. *causas nascitur, per easdem dissolui-*
arg. l. I. C. *tur.* Neque dubitatio illa eiusdem
Quando *An quod Et altior accesserit auctori-*
liceat ab *tas?* ne paullo quidem momento in
Empt. *aliam partem inclinat.* Quam enim
Liberè facile est illud quærere, tam inficia-
statutum ri promptum est. Quod enim argu-
illud o- mentum coactionis? quis coëgit?
lim tu- quem? P. Costerus leges obtulit, in-
terunt. ter eas illam, de quâ ambigimus, con-
 firmari petijt; confirmatæ sunt; ver-
l. fin. ff. bum nullum de coactione. Præterea
de Colleg. cuilibet Sodalitio suis legibus suo
 arbi-

arbitrio factis viuere licet, dum Reip.
 non noceant : Et nobis igitur liceat.
 Denique si Generali Societatis non
 licuit è veteribus statutis aliquod
 tollere, quæ ergo potestas ei facta
 est, *immutandi, corrigendi, mode-*
randi, ALIA EX INTEGRO CON-
 DENDI? nisi forsitan, *mutare, corri-*
gere, alia cõdere, nihil aliud sit, quàm
 vetera sinere esse imota? nemo id di-
 xerit. Quæro enim liceatne tollere
 aliquam è veteribus legibus institu-
 to saluo, necne? si annuas, bene est;
 factum; sublata est illa, pro quâ lis
 tam sero mouetur; si abnuas, quid
 igitur Pontifex indulsit? Alias pote-
 ratis tollere. Eodemne instituto? cur
 non & istam? Quid multis opus est?
 Pontifex nouit leges nostras, & sic
 quietè nos finit viuere. Sinant & alij,
 nec nodum in scirpo quærant.

Certum itaque sit, Romanam Pri-
 mariam, eiusq; membra suis iam Iu-
 ribus stare & à Rosarij Sodalitate ni-
 hil mutuari, neque in eam nomen su-
 um inferere debere. Si qua lex olim
 alia

Sodalitas
 Annun-
 tiata V.
 omnino &
 Rosarij

*Sodalitio
separata
est.*

alia fuit, eam nunc, ut iure potuit, abrogatam esse: Ut proinde quiescere porro possint, qui secus sentiunt aut loquuntur: Sua quemque agere, alienis non admiscere, id in omni vitâ esse optimum iudicamus.

CAPUT V.

QUIBVS MORIBVS viuant Sodales.

*Arist. 2.
polit. c. 6.
l. de quibus
ff. de
Legib.*

*Vfus leges
instigat.*

Leges Moribus vsuque firmari, apud Iurisconsultos receptissimū dictū est: quin tanta in vsu vis inest, ut illo & leges fiant, & illustrentur, atq; quod in illarum vel multitudine vel difficultate asperum prolixumq; est, quasi compendio mitescat, **DVM** quod fit ab omnibus, facile videtur. Postquam igitur Leges Sodalitatum enarraui, operæ precium est, subnectere earundem exercitia atq; exempla, siue illa è Legibus efformata sint, siue in Leges post abierint. Neque ea quidem hoc loco omnia, sed quæ toti ali-

alicui Sodalitio præter aliorum morem, vel certè insigniori aliqua ratione consueta sunt, reiectis in secundum librum quamplurimis, & præfertim illis, quæ ad singulos Sodales attinent.

I. Vallisoleti instituta Sodalitas Iureconsultorum & Aduocatorum est. Ea carcere detentis suppetias solatiumque affert. Bini per hebdomades ad eos itant, prandium apparant, capita Religionis Christianæ explicant, causas illorum cognoscunt ac pro æquo tuentur: Si quando opus, Medicos Sacerdotemque accerfunt, qui corporibus animisque medeantur. In orbem vices officiorum istorum recurrunt. Hispali quaterni his vincis quotidie inter prandendum assistunt, piaque lectione animos illorum reficiunt. Triginta inter se pacti, fercula iisdem subministrant, suo quisque die: vnus ex ijs constitutus, qui pauperum aduocationes suscipiat, cætera eis cum Vallisoletanis communia Idem Talabricæ & Madridij in

Sodales miseris succurrunt.
Anno
 CIO. IO.
 LXXXIX.
Atque in primis Captiuis.
 An. CIO.
 IOCI II.

in Hispania factitant, idem Drepani in Sicilia.

Anno

CIO. IO.

XCVI.

*Aegrorū
cura.*

*Certamē
honorū.*

II. Abulæ Nobilium, Clericorum atque Laicorum coetus, è præstantissimis quibusque constat. Illorum institutum est, agris egentibusque opitulari; in eam rem ciuitatem omnem in suas quasi curias, quibus ipsi singuli pro Curionibus præessent, partiti sunt. Sicubi ægrotos per vias stratos inueniunt, in Nosocomium deferunt. Si vnus reperit, solus in humeros sublatum ante omnium ora atque oculos deportat: si duo incidant, gestatoriâ sellâ in eum vsum paratâ ferunt: si plures, certatur, qui ferant; tam pulchri oneris nemo vult expers esse. In pauperum funeribus efferendis idem ardor, eademque contentio, beator sibi quisque videtur, si feretro liceat succedere, quam qui olim Iunonis ferculo superbierunt. Aliqui illorum Feriæ quintæ noctem in honorem ac memoriam Mysterij Eucharistici per uigilem precibus transmittunt. Alij sub-

subsequenti Feriâ tres horas pomeri-
dianas in acerbis Christi tormentis
meditandis collocant. Quidam pri-
die huius diei mendicum domi suæ
excipiunt, situm squaloremque cor-
poris eluunt, pedes exosculantur,
vestes resarciunt, stipem largiuntur,
atque ad generosioram de se ipsis Vi-
ctoriam reportandam, eodem sub-
inde lecto somnum capere sinunt,
vel ut verius loquar, cogunt. Et hæc
Nobiles faciunt; rati pulcherrimum
esse, in eo potius excellere, quod Vir-
tutis, quàm quod Naturæ est: illa e-
nim Nobilitas propria; hæc aliena &
fortuita est.

III. Simili in egenos studio fla-
grant Sodales Mediolani & Craco-
viæ, quod nomine quoque suo te-
statum esse volunt. Illi enim *Pietatis*
titulo coaluerunt, & nexis subsidio
sunt: Hi *Misericordie* appellationem
re comprobant: stipem in commu-
ne conferunt, & quod memoratu
iucundissimum est, ad Templorum
fores etiam corrogant, pro ijs, quos
vel

Villagar-
cia idem
præstitit.
Anno
C I O.
I O C I I I.

Anno
C I O. I O.
L X X V I.
&
L X X X V.

Nous mē-
dict.

vel morbus vel Verecundia ab aliena
ope impedit. Familijs ad paupertatem
reductis ex instituto suppetias
veniunt Tiburtini.

Anno
C10.10. LXXXIII. IV. Idem Misericordiae nomen
munusque sibi sumpserunt Compo-
stellani Socij. Inter quos Archiepis-
copus, Magistratus & Nobilissimus
quisque accenseri voluerunt. Diebus
Dominicis Canonici duo & totidem
è Magistratu stipē colligunt ijs, quos
vetus prosapia & noua inopia publi-
co remouet. Eodem studio flagrant
LXXXIV. Mexicani in India. His, pro vicis op-
pidi, in singulas hebdomadas, ægro-
rum ministerium curaque diuiditur.
Vbi sua cuique Vico recurrit hebdo-
mas, exeunt è suis ædibus omnes Viri
feminaeque cum liberis ac domesti-
cis, obleratisque foribus, ea secum
ipsi deferunt, quibus per hebdoma-
dam pascant ægros, nihil vt in eos
præter id, quod Sodalium charitas
domo attulit, impendatur.

Anno
C10.10. LXXXVI. V. In eius fortunæ homines año
vno tributum aurei mille trecenti à So-
dali-

dalibus Virginis Natæ Neapoli. Ali-
 bi quinquaginta vinculis adstrictos,
 quâ suis, quâ corrogatis pecuniarum
 subsidijs annum ipsum aluere. Equi-
 bus itidem nonnulli valetudinario
 seruitium suum addixerunt, quando
 Bacchanalium licentiâ pleriq; mor-
 tales flagitijs, vel, vt leuissimè dicam,
 inertix infaniæque operantur.

Murcia
in Tolet.
Prout.
Anno
CIO. IO.
LXXXV.

VI. Hispali capite aperto, flexis-
 que genibus id genus obsequia defe-
 runt, qui Natalium splendore illu-
 stres sunt, hoc ipso professi, aliquid
 inesse homini illustrius, quod etiam
 Nobilitas veneretur. Similia studia
 in nexos ægrosque impensa, reperies
 Lugduni, Turone, Palentiæ, Grana-
 tæ: solenne id est Senensibus, Messa-
 nensibus, Malacitanis, Burdegalensi-
 bus, Sassaritanis, Catacensibus, Ale-
 tinis. Sed de hoc genere plura sequē-
 ti libro afferam.

Anno
CIO. IO.
III.

VII. In Monte Leonis Sodalita-
 tem institutam ad prauam iurandi
 consuetudinem tollendam, infra-
 memorabimus. Eius Sodales hanc

Anno
CIO. IO.
LXXXII.
III.

CIO. IO.
xcvi.
CIO. IO.
III. VIII.
X.

C sibi

*Vitia op-
pugnant.* sibi legem dixerunt, vt si quando pa-
Anno lam temerè iurauerint, poenæ loco,
CIO. IO. ibi vbi adstant, illicò publicè terram
LXXXII. deosculentur. Quæ lex ab ijs sanctif-
simè obseruatur; efficax linguæ coer-
cendæ remedium.

Anno VIII. Romæ inter complura So-
CIO. IO. dalitia erecta, illius, quod ab Assum-
XCIII. ptâ Virgine nomen obtinuit, & ex
Sodales Optimatibus contractum est, præci-
pacis Stu- pium institutum est, dissidentes ani-
diosi. mos inter se reconciliare, euentu
plerumq; felici. Multæ enim ac gra-
ues è vulneribus contumelijsque sus-
ceptæ inimicitia, inter viros nobi-
les atque illustres, industria Sodalium sunt depositæ. Solent autem
in eâ pacificatione capitali odio di-
stractos obtestari per B. Virginem,
vt ius iniuriamque omitant. Et sua
vis obsecrationi inest. Quam enim
Tigridem non emolliat tam pium
nomen? Dant plerique manus & in-
fœdus iungunt. In tabulis deinde,
quæ de pace factâ testantur, perscribi
solet: *Pacem Deipara causa datam.*

Atque

Atque vt latius pateat instituti huius
 Utilitas; Curiones ac Parochi Urbis o-
 mnes præmoniti, vt simul atq; in eo-
 rum Curijs similtas inter aliquos ex-
 titerit, rem ad Sodales deferant: Qui
 certiores facti, per Viros graues ac
 Nobiles, ac, si res postulet, per vnum
 aliquem è Cardinalibus, quorù multi
 in eã adlecti sunt, dissensiones & con-
 trouersias tollunt, inimicos ad con-
 cordiam adducunt. Neq; verò ipsi in
 alijs coniungendis maiorem operam
 collocant, quàm vt suam inter se ani-
 marum vnionem demonstrant. Hinc
 pleriq; singulis hebdomadibus con-
 ueniunt: singulis minimùm mēsis
 omnes pariter sacræ mensæ accum-
 dibunt, Cardinale sæpè aliquo, aut alio
 antistite S. Eucharistiam ministran-
 te: aliàs sacros Urbis locos gregatim
 inuisunt; aliàs in Oratorio flagris se-
 cædunt; aliàs alia Christianæ submis-
 sionis officia exequentur.

IX. Quomodo Primaria Romana
 Cōgregatio pulcherrimis exēplis ad
 virtutē alijs præluceat ex ipsorumet

C 2

Soda-

*Multa of-
 ficia pie-
 tatis Ro-
 mane So-
 dalitatis.*

Sodalium ad Ingolstadienses literis
 audiamus Apud nos, inquit, humi-
 litati multum studetur & simplicitati,
 quamobrem tituli omnes & gloriosa a-
 pud seculi homines vocabula quibus
 sese appellando mutuo honore fruun-
 tur, è nostro Oratorio faceffere iussimus,
 ut inter fratres sub eiusdem puf-
 sime Matris patrocinio receptos aequa-
 litas seruetur; nec quisquam de summo-
 sis maiorum imaginibus aut de diuiti-
 bus temporalibus gloriatur. Praefectura
 functos continuo per tres sequentes
 menses (trimestres enim sunt apud nos
 Magistratus) Ianuae custodiam ex ve-
 tusta consuetudine addicimus: mul-
 tum pro legum obseruatione laboramus
 quae in publico conuentu post Magi-
 stratum electione perleguntur: quaeritur
 omnibus audientibus. Num ali-
 quid detrimenti passa sit Congregatio
 quid a veteribus Magistratibus pec-
 catum fuerit? Quid a nouis desidere-
 tur? Quid pro amplificando commun-
 bono facere oporteat? Rogantur dein-
 de singulorum sententiae, & si qui
 fore

Modestia
 Romano-
 rum So-
 dalium.

Quomo-
 do Leges
 apud eos
 legantur.

fortè maioris momenti sit, quod enul-
gare corà omnibus non expediat. scrip-
tis committitur. Tempore quadragesi-
mæ bis in hebdomade ferialibus diebus
sermo de Dominica Passione ab vno ex
Sodalibus habetur, quo peracto corpus
flagellis cædimus. Hæc Romani, qui
Primariam frequentant, in suos mo-
res induxerunt.

X. Subiungam quid alia quædam
Sodalitas Romana præclarè gerere
consueuerit, vt Primarij in literis pro-
ximè citatis perscripserunt. Nam vbi
de suis memorarūt, hæc subnectunt,
In hoc Romano Collegio ante paucos
annos Sodalitas nobis fæderata san-
ctissimæ Communionis. Hoc enim præ-
cipuum est eius institutum, vt singulis
mensibus in aliqua Urbis Ecclesia ad
Dominicum corpus suscipiendum con-
ueniat, quò maxima eos multitudo co-
mitatur, quam ipsi Sodales ex rusticis
præsertim & ex infima plebe collectam
ad sacram synaxin & exomologesin
Christiana charitate perducunt, per
multos antea dies sacra Catechesi di-
ligen-

Sodalitas
S. C. O. T.
M. S. I. O.
is.

ligenter imbutam. Etenim diebus fe-
stis mane ad Oratorium conueniunt,
quod ipsi in atrio Collegij satis amplum
sua impensa extruxerunt; ubi sacra
preces magna cum deuotione recitan-
tur, & incruentum Christi corpus of-
fertur, & alia multa pietatis opera ex-
ercentur, deinde post prandium una
cum patribus Societatis ad plateas Vr-
bis se conferunt quas singuli manipuli
habent distributas vno e Societate cruce
prelata letanias Deipare Virginis pre-
eunte. vt ventum est ad plateam con-
cilio habetur a Socio ad quam paulatim
opificum, & rusticorum multitudo ad-
uolat: ea completa ad Oratorium Col-
legij omnes numero cum ingenti reuer-
tuntur, ubi flagellis corpus cedunt ma-
ximo cum clamore multitudinis pec-
cata sua accusantis, & in se acriter
sciantis, adeo vt maximum cadenti-
um strepitum exaudire liceat non se-
cus, ac si in aliqua fabrorum officina
versareris. Sed non his limitibus pietas
illorum contenta; ad carceres enim, ad
triremes progressi, ad vos comia, ad
pan-

pauperum turmas sustentandas, ad omnes denique omnium ordinum gentes Christianae charitatis viscera aperuerunt. Tempore Pontificatus Gregorij XV. anno 1621. in maxima annone caritate magnas pauperum turmas in porticibus Romani Collegij mensis appositis ex scamnis gymnasiolorum confectis, quibus ipsi ministrabant, aluerunt. Nec numero pauci (quippe fere trecenti sunt, qui Oratorium assidue frequentant) nec generis ignobilitate contemnendi sunt, omnium enim ordinum viri in hoc Sodalitium conveniunt pietate concordēs, & charitate feruentes; & quod caput est tantarum in omni virtutum genere exemplorum copiam tam multa mirabilia & quae natura vires transcendunt in his hominibus etiam indoctis plerumque & cegentibus Deus operatur, tantamque sacro catui fauente Deipara Virgine gratiam largitur, ut non Epistole huius angustias, sed peculiarem tractatum requirat. Placuit tamen, ut vestris postulationibus aliqua ex parte satisfacere

ret commentariolum patris è Societa-
te IESV, in quo ex nouissimis illorum
rebus gestis, quas ipse vidit, pauca de-
libauit transmittere, una cum qui-
busdam Epistolis & alijs quæ ad operis
vestri illustrationem pertinere visa
sunt. Hæc illi. Ex quibus deinceps in
nostrum hunc librum complura suis
locis transcribemus.

*Sodales
sacra
promouēt
Anno
C.D. I.DC.
X.*

*Novi In-
st. tores.
Notum S.
Pauline
exemplū.
Anno
C.D. I.DC.
III.*

XI. Toletani, malè feriatos ho-
mines ad rem diuinam audiendam
cogunt: &, vt propolæ sine mercium
damno, abesse tabernis aut foro pos-
sint, Sodales interea res eorum Vena-
les seruant, distrahuntque magnâ fi-
de atque emolumento. Quid non
ingeniosa charitas inuenit, vt proficiat
non merces tantùm, sed ipsam quoq;
se venalem exponit.

XII. Non procul Cordubâ, Cle-
rici in oppido quodam Sodalitatem
inter se inierunt, Christianæ pietati
in alios propagandæ peridoneam.
Pueros elementa religionis Christia-
næ per orbem modulantes vicatim
deducunt: carmen sacrum ipsi præci-
nunt;

nunt; pueri cantata resonant. Quot hebdomadibus congregantur ad pia differenda, aut conscientiaë quaestiones discutiendas: bis item conveniunt ad corpora diuverberanda. Quod postremum apud Consentinos tertia ac sexta feria vsitatum quoque invenimus. Eadem Panormi factitantur, atque illud præterea: Sabbathis B. Virgini, diebus Lunæ pro mortuis Psalmodia officium peragunt: Litanias quotidie simul recitant.

Sodales per annū sæpè Cor- pus fla- gris affli- gunt.
An. c. 10.
10CXI.
An. c. 10.
10C.

XIII. Malacitani eam corporis flagro cædendi consuetudinem a nõo integro in Societatis templo bis, & quadragintadiali ieiunio, etiam ter per hebdomadem frequentant. Diebus Dominicis conventu dimisso, recta ad Nosocomia abeunt, cibaria deferunt, lectos ægrorum sternunt. In adducendis ad exomologesin & reducendis in gratiam inimicis conatu non vano elaborant. In Sodalitio eorum, qui studia maiora pertractant, mos stabilitus cædendi se- gregatim die veneris, in collegio A-

An. c. 10.
10C. V.

quilano. Qui verò è Nobilium cætu, die Mercurij sub vesperam ad Sodalitium accedunt in honorem Dolentis olim Virginis, ibique post sanctissima colloquia non sine lacrymis, se ipsos cædunt spatio decantati Psalmi quinquagesimi. Nec præmittēda antiqua virtus Sodalium

An. CIO. Baëzanorum in Hispania, qui signo
 XC. VIII. salutandæ virgini audito quotidie, omnes in ædem sacram se conferunt, auscultaturi de re pia perorantem. Tum horæ dimidium in precibus ad aram maximam fundendis absolunt. Diuerberandi se causa simul omnes omnium Congregationum Sodales ter vnaquaque hebdomade ad eundem Psalmum conueniunt: optimi quique & honestissimi primi; eorum exemplum alios trahit.

Anno

CIO. IXC.
 III.

XIV. Eundem corporis afflictandi per annum sextis quibusque Ferijs morem Abulenses Sodales susceperunt. Idem Neapolitani Virgini Conceptæ deuoti vsu receperunt. Bis totius

tius anni hebdomadibus, post Ci-
neralia ter eam castigationē corpo-
ris vsurpant Sodales Vallisoletani in
Mexico. Syracusis institutum est, vt
singulis mensibus in templo flagel-
lis se verberent vniuersi. Quid me-
morem singula? plurimis locis lau-
dabilis ille mos increbuit, vel quot
hebdomadis vel certè peruigilijs so-
lennioribus (vti Ingolstadiensis nu-
per facere instituerunt) aliquò con-
uenire, & siue Exhortatione absolu-
ta, siue inter sacrum cantum publi-
cè flagris seipsoſ conscindere. Qui
solis Ieiunij magni ferijs eam afflicta-
tionem affigendam putant, longè
errant, mea quidem sententia; &
rem more receptam immeritò dam-
nant.

Quid enim? pœnitentiæ illi dies di-
cati sunt, inquit: an' tu, illi tantū?
nullus sine noxa dies abit & tot sine
mulcta abeant? *Exigunt à me præterita*
peccata mea futuram vitā mea, vt
faciam FRUCTVS DIGNOS pœnitentiæ,
& recogitē omnes annos meos in ama-

Anno
CIC. IC.
XCIX.

Anno
CIC. IC.

An in
Quadra-
gesima
tantum
sit corpus
macerā-
dum?

Sermone
de qua-
drup. de-
bito.

S. Hiero-
nymus.
Epl. 27.
ad Eusto-
chium.

ritudine anima mea, ait integerrimus Bernardus & B. Paula: *Affligendum est corpus quod multis vacavit delitijs: longus risus perpeti compensandus est fletu.* Hæc cogitant Sodales, & à se animaduertunt iniurias Deo irrogatas: illi alij peccandi sibi finem nullum statuunt, quod illis integrum est: quod nequeunt, pœnæ metam constituunt. Sed *presens quod fuerat malam, ait ille, in diem abiit; plaga crescunt.* quodque flagro vno alteroue expiari poterat; multorum dierum, utinam non annorum, ignibus lendum erit: serius quidem, sed sæuius.

De usu
pœnarũ.

Reg. 9.
Cõmun.
Eg. Reg.
4. Præfe-
cti.

Anno
100. 100.
VII.

XV. Et quoniam pœnitentiæ facta est mentio, non est dissimulanda apud Sodalitates omnes ab ipso earũ exordio inolita, & legibus roborata consuetudo pœnas imponendi ijs qui vel officijs Marianis non satisfaciunt, vel qui, quasi cessatores sint, ipsi eas efflagitant. Cum eam aliquando pœnam obstinatè quidam detrectaret, Præfectus ipse Congregationis Genuensis, homini ad pedes exoscu-
lan-

landos accidit, peruicaciamque modestiæ Exemplo fregit. Maiore alius CIX. 130. virtute hac in re animum suum superavit. Is Messanenſis Magistratus erat: Nescio qua incogitantia, an subito animi motu honestum hominem, iurgio immodestiore læserat. Cum tumor ille resedisset, iamque factum nollet, rogauit Sodalitij Præsidentem, vt facinus suum in confessu cæterorum publicaret, diceretque se eius pudere ac pœnitere, velleque satisfacere; pœnam, quam vellent, iniungerent. Mox ad pedes singulorum arreptare cepit ea dignitate Vir, osculumque figere, donec se attollere iussus est. Vide mihi Humilitatis speculum, in quod reliqui meritò inspiciant atque ex eo exemplum sibi sumant Hæc de virtutum studio: de literis verbum addam & finiam.

XVI. Qui literis operam nauant De profectu literario Sodalitij. ex his Sodalitij, vt supra cæteros excellant, nituntur; adestque clientibus suis, vt suo loco testatum faciam, Patrona Virgo, palmam plerunque pri-

mam ferunt; ad quam mutuis quoque incitamentis sese extimulant. Multis in Collegijs priuatæ quædam Academiae erectæ sunt; suis cuique Magistratus, suæ leges. Exercentur quotidie in eo studiorum genere, quorum tractatu quisque pro tempore occupati sunt. Quo id fructu fiat, prudens quisque facile nouerit. In has Academias nostri præ alijs quodam iure, eo ipso quod Sodales sunt, cooptantur. In congregatione Hispanensi illud inductum est in mores, ut octiduo ante, quam noui magistratus Partheniani crearentur, Theses Philosophicæ aut Theologicæ quotidie disputandæ proponerentur. Conceptæ Virginis Sodales Cuzquenses in Peruuio ad integros octo dies varijs orationum & carminum generibus festos dies suos peregerant, tanta omnium voluptate, ut Episcopus, Prætor, & urbis totius Magistratus nunquam abesse voluerint.

Reg. 2.

Academia.

Anno

*CIO. IO.
XCVI.*

Anno

*CIO. IO.
V.*

Veteres

Ingolsta.

XVII. Quæ hæcenus per diuersas mundi partes in mores à Sodalibus

bus

bus recepta diximus, eorum quoque *diensium*
 simulacra quædam iam olim ab In- *conſue-*
 golstadiensibus efformata Comen- *tudines.*
 tarij illorum perhibent. Itum in Xe- *Anno*
 nodochium, pauperibusque distri- *CIO. IO.*
 butam eleemosinam fuisse; tenuio- *XCV.*
 res per urbem conquisitos à Conſi- *Anno*
 larijs, operâ diuisâ domesticamque *CIO. IO.*
 inopiam multorum leuatam; semel *XCVIII.*
 mille, quadringentos stipe adiutos *Anno*
 reperio, pœnitentiarum irroganda- *CIO. IO.*
 rum vsum diuturnum; easq; decreto *LXXVIII*
 ab ipsis incunabulis Congregationis *Anno*
 illius constitutas ac confirmatas, *CIO. IC.*
 monumenta nostra antiquiora te- *LXXX.*
 stantur. Qua in re non reticendum *Anno*
 opinor præclarum ad memoriam fa- *LXXXII.*
 cinus, Præfecti cuiusdam, qui deinde *Anno*
 magnis honoribus in Rep. Ecclesia *CIO. IO.*
 stica functus est, nam cum is pro eius *LXXIX.*
 ætatis more, statuta Sodalitij publi-
 cè prælegeret, ad eaquæ obseruanda
 reliquos inhortaretur, fortè ad v-
 num quodpiam peruenit, secundum
 quod negligentius sibi videbatur,
 vitam instituisse; moxque socordiæ
 suæ,

sua, vti dicebat, veniam sibi dari postulauit, & multæ vltro se obiecit. Denique nomine Sodalitatis Academicæ carmina in laudem B. Virginis edita; theses euulgatas propugnatasque aliquoties in Sodalitij loco à Sodalibus, idque e veteri more ac statuto factum lego. Sed ne res longius excreseat, plura adferre supersedeo.

CAPVT VI.

DE CELEBRITATIBUS *Congregationum.*

Habent & suas illecebras Sodalitates, quibus ad pietatem sequæ suosque spectatores illiciant. Animi enim mortalium nulla re citius, quàm satietate, virtutis tractationem fastidiunt. Igitur hic persequar, quo illi ritu ad Diuorum ædes supplicatum, exeant, quo cultu ferias statas agant, quo apparatu Ludos sacros faciant, cum alij profanis inhiant, qua denique propositi renouatione B. Virgini

MA-

MARIÆ Patronæ suæ se denuo consecrent. Hæc enim ad mores spectare, in comperto est.

I. Supplicationes alias indictas, alias solennes habent. Indictas; cum malo alicui auertendo aut bono procurando, aut si vbi Deo gratulandum est, prodeunt, prout res fert ac tempus postulat. Ita quo tempore bellum Turcicum Christiano orbi vasti-

*Malis a-
verten-
dis sup-
plicans
Sodales.*

tatem minabatur, Cracouienses Sodales è prima nobilitate ad Societatis templum supplicationem decreuerunt. Id vbi Rex comperit, paucis consocijs è Senatorio Ordine, ad locum Sodalitatis venit, ignotusque Sacco Regiam Maiestatem abscondit, & cum alijs processit. Incedebat agmen sub noctem multâ face colucens & Symphonicorum vocibus perouans. postquam templum introgressi, aliquamdiu genibus nixi precati sunt: post concionem, alij proni in faciem & vota procumbunt; supplicijs alij verberibusque Numen propitiant. Vbi deinde rumor distulit

*Anno
cip. 12.
XCIII.*

Re-

Regem affuisse, admiratio iuxta æmulatioque secuta est.

Sodales

pluuias

impe-

trant.

Anno

CIO. IO.

XCIV.

Anno

CIO. IO.

XCIV.

II. Granatæ diu iam non pluerat: Sodales sibi videbatur à Patrona sua imbrem impetrare posse. Exeunt agmine facto cantuque & precibus primo stillantes guttulas, mox ruentem cœlo toto pluuiam euocant.

III. Alibi à Siccitate, frugibus damnus ingens imminet. Quadringenti Sodales ex flore Nobilitatis lecti, prodierunt in omnes vrbs plateas supplices, omnes asperrimo habitu, nudis pedibus capistro spar-teo ad collum in reorum ac morte damnatorum effigiem. Horum alij manibus flagella in tergum intorquebant, alij textis seta piloque vestibus horrebant, illi sub Crucibus ponderosis penè fatiscebant, distentis nonnulli brachijs, coronis spineis redimiti plerique incedebant. Vnus quispiam tribulis pedes pro tibialibus vestiuit, ipsoque motu cruentauit. Nemo sine supplicantis signo ibat, Qui minimè inclementer

fe

se tractabat ; manu altera sigillum Christi in crucem acti , altera precatorios globulos gerebat , modesti omnes , tristi silentio , lacrymisque madidi. præibat Christus Puer crucemque præferabat , Nazaræis eodem habitu & onere ponè sequentibus. Clerus multique mortales sectabantur supplex agmen , magno animorum motu , etiam Cælestium. Nam pluuia mœrorem mox omnem diluit.

IV. Interdum loco vno preces ad ipsas quadraginta horas producere placuit. Quod precandi studium multum posse apud superos euentus docuit. Nam Monasterienses Sodalés cum hostilis exercitus eorum vrbi immineret , horis quadraginta precati hostem auerterunt. Adnotatum enim est , qua hora preces absolutæ sunt , repentino terrore percussū hostem collectis vasis castra mouisse. Eas preces illi sæpissimè verberatione yltro suscepta , demum sanguine consignabant. Sic Brunæ , sic Dilin-

*Preces
quadra-
ginta ho-
rarum,
diuerbe-
ratione
corporum
confir-
mant.*

*Anno
C10.10.
XC.*

Anno
 CIO. IO.
 XCIII.
 AN. CIO.
 IOXCVI.
 AN. CIO.
 ICLXXX.
 VIII.
 CIO. IO.
 XCVI.
 CIO. IOXC.
 III.

lingæ, sic Ingo!stadij, sic passim alibi factitatum inuenio. Bracharæ eo tēpore trecenti; Pultouixæ sexcenti, iterum octingenti censi sunt, qui Sodalium ductu flagellis in seipsoſ sæuierunt, vt Deum ad lenitatem misericordiamque reuocarent. Calliffienſes ita illo precandi studio incenduntur, vt tunc inſomnes noctes votis in templo ducant.

Solennes
 Pompa.

V. Solennes aliæ Christi Patientis, Eucharisticis, Supplicationumque; Ferijs præcipuè instituuntur, apparatus, pietate, spectatorum motu celebratissimæ. Sed quibus locis hæretici earum rerum contemptores degunt, ibi Sodalium se maximè feruor virtusque effert. Nempe illorum ludibria guttam igni adspargunt. Et iam constantia sua id Sodales consecuti sunt, vt qui antea risu emori velle videbantur, iam stupidi hiantesque adstent, atque vario mentis æstu diuifinesciant. laudentné ex merito, an ægri animi lubricine, reprehendant. Vnde factum vt exitio salutique id spectacu-

Hæreticis
 alijs ma-
 lum, alijs
 salutem

Acu-

ſtaculum fuerit. Euenit Auguſtæ *pepererunt.*
 Vindelicorum cū religioſiſſimo *An. 610,*
 apparatu traduceretur pompa Para- *1000,*
 ſceues, vt de Lutheri grege Sartor
 ſpectator eſſet. Videbat longo ordi-
 ne magna mole deferri ſtatuas Chri-
 ſti diuerſa tormenta referentes, E-
 quitum turmam ſplendidiffimo cul-
 tu Chriſtum Cruce onuſtum ſequi,
 ad ſigna Ephebos Angelorum orna-
 tu carmina concinere, terram traba-
 lium crucum concuſſu, aërem flagel-
 lorum ictibus perſonare, facibus ar-
 dere cœlum, omnia Catholicorum
 pietate incendi; miris ipſe modis tor-
 queri, æſtuare, liuere, indignari, Om-
 nia denique ei maximo oneri dolo-
 riſque eſſe. Quid multis? recta domū
 abiit, & laqueo miſeram animam ſi- *Specta.*
 biinet excluſit; an deſperatione re- *cu'um ad*
 rum ſuarum, an noſtrarum inuidia, *laqueum*
 incertum eſt. Lepidè poſt Catholici *redigit.*
 luſere, Lutheranos non gratis ſpe-
 ctatores eſſe voluiſſe: cum Catholici
 patientem Chriſtum repræſentarint,
 ipſos Iudam dediffe. Satis hoc falſè,
 dum-

An. c. 10. dummodo aliena calamitas abfuiſſet
 1006. Ex eodem ſpectaculo eadem in vrbe
Aluum
ad pœni
tentiam
Vocat.
 alius ex ea diſciplina minimè malus,
 dum videt terga ſanguine fluere, ex-
 animatus concidit : vbi deinde fo-
 mentis ad ſe redijt paulò poſt ad no-
 ſtra caſtra tranſijt, hæreſi eiurata. Ac
 eùm horrore quodam laceratorum
 corporum collapſus quibuſdam vi-
 derecur : *Non ita eſt*, inquit, *culpa me*
mea abiecit, & ſcelerum ſuorum mens
conſcia. Sic cogitabam: Hem iſti tam
graves à ſe expoſcunt pœnas, culpa riſ
forte non magnarum rei: ego nequiſſi-
mus mihi blandior, quaſi pœna nulla
impenderent. Huic curioſitas dolo-
 rem, dolor ſalutem peperit.

An. c. 10. VI. Alibi ad ſimilia audenda So-
 xciv. dalium feruor reliquos inflammauit.
 Quo in genere Lublini in Polonia,
 quidpiam contigit, quod & pia &
 iucundo animi motu ſpectatores af-
 fecit. Nam dum Sodalium ſe cæden-
 tium agmen ducitur, pia foemina fi-
 liolum tenella admodum ætate ſe-
 minudum cum ſcuticula illi agmini
 infer-

inferuit, puerum palam his vocibus hortata: Habe, Puer, grandem animum; ut ista scias ætate discere illius amore pati aspera, qui tui amore mortem passus est. Permovit ea res ita vehementer, qui spectabant, ut quod tunc in agmine non possent, multi domi postea illo exemplo flagris se ceciderint.

VII. Ne prolixus sim, omitto singulas pompas ambitiosius depingere; sua cuius memoria rem toties spectatam, faces, signa, flagella, cruces, chorum, populi suspiria, facile animo formanda subijciet. Illud tamen præterire non debeo, Serenissimos FERDINANDVM Austriæ Archiducem, PHILIPPVM, FERDINANDVM, ALBERTVM Bauariæ Duces Ingolstadtij simul prodisse in eam supplicatione, quæ feria sexta Sanctioris hebdomadis ad Sepulchra nocte oborta instituitur, Christi quæ è Cruce pendens statuam mutuis operis prætulisse; iam tunc omine auspiciatissimo, Inuidiissime Imperator FERDI-

*Principes
easdem
pompas
adiuuant.
An. CIO.
CXIV.*

NANDE tibi acclamari poterat : IN
HCC VINCES, CHRISTO DVCE, BA-
VARO SOCIO.

*Nova
ratio
procedendi
in Para-
scene.*

VIII. Nouum id fuit, quod Bi-
suntini fecerunt. Feria quinta in cœ-
na Domini bini processerunt ordine
benè longo, sine funalibus, sine can-
tu, nullo vexillo, communi vestitu,
sola modestia, silentio, ordine con-
tenti; capite tantum aperto preces
taciti fundentes templa obierunt.
Ad Oratorium reuersi, post preces &
exhortationem, pauperibus ritu so-
lenni nobilissimi quique pedes laue-
runt. Ostenderunt isti etiam sine
pompa pietatem placere posse.

*Quo cul-
tu certas
ferias a-
gant So-
dales.
An. c. d.
ccc.*

IX. Et quia Cœnæ Domini men-
tio incidit, quo hunc diem honore,
tum alios quosdam festos transigant,
videamus. TREVIRIS Sodales è suo
numero duodecim pauperes delege-
runt, quibus epulum apparatusimo
loco, supellectili argentea præbue-
runt. Ministrabant præcipui quique
Philosophorum ac Theologorum,
qui vsque ad lances abluendas magna
ani-

animi alacritate se demiserunt. Ipse
Mag. Vniuersitatis Rector. S. Theol.
D. canatis illis pedes lauit, & singu-
los elemosina largiter donauit.

X. Treuirenses hoc pauperum
numero duodenos Apostolos vene-
rati sunt. Cracouienses septuaginta
Christi Discipulos totidem è pauper-
tina tribu conuiuis vocatis repræsen-
tarunt: quibus ipsi suis manibus cibos
coxere, Nobilesque mensis intulere.
Secuta dein pedum ablutio, certa-
menque de vilissimo seruitio, Nobi-
lissimo quoque querente, ab alijs de-
signatos sibi pauperes ereptos fuisse.

An. cto.
10011.

XI. Sed longius se extulit Nea-
politianorum ardor. Apud quos in-
more positum ferunt ferijs D. Mag-
dalenæ sumptuosissimum epulum
dare amplius octingentis agris: ibi
ciborum abundè est, vt in multos di-
es victus Nosocomio post supperat.
Neque suas auribus lauitias deesse
finunt, quas interim delicatissima
symphonia permulcent. Complu-
tenses & Aquilani Sodales Assumptæ

An. cto.
10019.

An. cto.
1001.

D virgi-

An. c. 10.
1000.

Virgini sacro die, quem præ reliquis celebrant, consimilibus officijs Regina Cælorum obsequi student: nisi quod illi eam symbolam prius à pauperibus flagitent, uti sacris epulis pasti, suæ demum mensæ accumbant. Hi vero, clarissimo vrbis spectaculo, pedes eorundem prius lauant, & vlcera exosculantur, reliquias deinde ciborum argenteis in lancibus ad carceres deportant.

An. c. 10.
1001.

XII. Sed vide aliam rationē Festorum colendorum. Leodienses diem Visitanti Virgini sacrum, sibi peculiarem, magno pietatis ardore celebrarunt: per octo dies decantata laudes ante Virginis Iconem: narratum iam super ex historia exemplum aliquod virtutis illustre, aut magna Matris in mortales singulare beneficium, tantâ auditorum frequentia, ut supra duo millia numerati fuerint. Non morabor in alijs modis adducendis: omnibus æquè studium est, omni cultu atque honore conari, solennes suas ferias transigere.

XIII. Non

XIII. Non possum tamen com-
mittere, vt silencio transeam Duacē-
sum in Belgio pietatē, qua S. P. Fran-
ciscum Xauerium, die eius Natali co-
luerunt. Nam ex oratorijs suis solen-
nem pompam ad templum Patrum
Societ. IESV duxerūt: primi ciues sub
signo Virginis Purificatæ; deinde
Theologi & Iuris studiosi sub vexillo
Assumptæ; post hos Religiosi Sodal-
les; tum qui omnes Sanctos patronos
legerunt; mox Philosophi, Virginis
Añuntiatae titulo; tū Rhetores & Po-
etæ, ac demū ab Angelorū tutelā nū-
cupati incedebāt. præcedebat singu-
los ordines puer aliquis Angeli for-
ma volucris & insigniter stolatus. hi
manibus prægrandes cereos albos li-
brarum decem, auro coloribusq; va-
rie piētos deferebāt: post pueros hos,
Sodalitatum Magistratus sequeba-
tur; inter quos Reuerend. & Illustris
Marcus Fuggerus Theologorū Præ-
fectus, & Ingolstadiēsis olim, qui suæ
Congregationis impensas fecerat.

Beatorū

Societ.

IESV

quo ho-

nore co-

lant.

An. CIO.

IOCXIX.

constituit. deinde sub noctem ignes
missiles, igniuomæ machinæ & ludi
varij dati. Sed quia tum illo die, tum
Sancti Patris Ignatij ferijs non tan-
tum Sodalium, sed integrarum
ciuitatum studia impense se effude-
runt, præstat narratione supersedere,
ne dum breuis esse laboro, putidiuf-
culè aut ieiunè rem maximorum,
sumptuum tenui scriptura eleuem,
ob eandem causam B. B. Aloysio &
Stanislaò habitos honores hic præ-
tereò. S. S. IGNATIO & FRANC. XA-
VERIO Ingolstadienses Sodales Can-
didos Cereos, benè magnos LL. M.
M. posuerunt, illis nempe patribus,
quorum Filij in nobis ad virtutem at-
que doctrinam liberaliter educandis
laborant. Quid ijdem Sodales præsti-
terint, cum Diuorum eorundem in-
ter Sanctos relatorum celebritas pri-
mum agitata est, seorsim libello alio
perscripsimus. certe mille aureos in
eam ré expenderunt; sumptum planè
magnificum, si noueris nullis rediti-
bus illos soceriles esse.

An. cto.
1000.

cio. 100.
xxii.

VIII 0 1

XIV. Sed nescio an quidquam
 maiore religione, sumptu, apparatu-
 que nitantur exornare, ac dies illos,
 quibus alij Dionysia agitant, aut alios
 ludos exhibent. Toletani in Tauro-
 rum agitatione templum Societ. Ie-
 sy minifico ornatu instruxerunt, Sa-
 cramq; Eucharistiam palam propo-
 sitam die toto venerati sunt. Dumq;
 alij inter inhumanum ac propè dam-
 natum spectaculum cupedijs bella-
 rijsq; sparsis barbarum morem con-
 diunt, Sodales nostri eiusmodi de-
 licias in Carceres nosocomiaque de-
 portarunt. Hoc puto est magnificen-
 tiam ostentare, hominum, non bel-
 luarum causa opes largiri. Similem
 in miseros beneficentiam contule-
 runt Bisuntini: nam Bacchanalibus
 viginti supra centum pauperes con-
 viuiuo exceperunt. Murciani Valetu-
 dinario per id tempus operam suam
 addixerunt. Eadem temporis licentiâ
 Sodales iam passim ad preces qua-
 draginta horis fundendas, sacrumq;
 epulum celebrandum & multa id ge-

*Quid
 Baccha-
 nalibus
 agant-
 An. CIO.
 ICCCIX.*

*An. CIO.
 ICCC.
 VIII.
 An. CIO.
 ICLXXX
 V.*

An. cix.
 1394.

An. cix.
 1398.
 Cur eo
 tempore
 flagris &
 tantur.

nus alia instituenda abutuntur : ut nihil opus sit exempla afferre eorum, quæ ferè vbiq̃ue in oculos incurrunt.

Monacenses, Neapolitani, alij quam plurimi, publicè in æde sacra flagellis tunc in se animaduenterunt. Quorum nos piam sæuitiam æmulari nuper cæpimus.

Quo enim alio tempore nostris supplicijs iram Numinis opportunius placemus, quàm cum plaustris iniuriarū quasi ex more lacessatur? Euenit in hoc genere, quid miraculo simile.

Cum enim Neapoli Sodalis quidam supra modum cædendo processisset & non nihil valetudinem oblæssisset, ut à victu parando diebus aliquot impediretur : cum primum potuit piscatum profectus est, Et secum : *O Virgo, inquit, iactum adiuuu; ut rei familiaris damnum tua causâ acceptum compensem.* Iecit rere, tantamque piscium copiam contraxit, quantam ad id locorum nunquam coegerat.

XV. Neque templo se continere etiam ad aliorum dementiam corrigentur.

rigendam inde egressi sunt. Consue-
 uerant iam olim Brixienfes Sodales
 & quodammodo ex lege factitabant,
 vt vesperi eius diei longissimo ordi-
 ne, & cum face plurima ad sacram æ-
 dem Eucharistiamque adorandam
 supplices & cum corporum suppli-
 cijs procederent. Verum postea eti-
 am in plateas publicas se contulerūt.
 Nam cum innumeri personati urbem
 totam percurrerent, infaniaeq; quam
 plurimi litarent, ægrè id scilicet passi
 sunt Sodales nugas ac ludicra præ æ-
 ternis haberi. Igitur ad Sexaginta no-
 bilium adolescentum agmen cogi-
 tur: moxque vicatim per urbem ritu
 supplicum ire incipiunt: pars flagris
 tergum cruētare, pars manibus mor-
 tuorū crania præportare, pars Chri-
 sti patientis instrumenta ostendere.
 Repressit id spectaculum multorum
 licentiam, & euenit, vt sic proceden-
 tibus agmen lymphaticum occurre-
 ret, hominum viginti quinq;. Stupe-
 re hi nouo concursu, alia Orgia mi-
 rari: quid verbis opus est? abijciunt.

An. cix.

IOLXXX

V.

An. cix.

IDCV.

Baccha-
nalia
pompa.

thyrsos, personasque, præter unum, omnes deponunt. Constans nempe Virtus omnium Victrix est.

*Ornatus
templi.*

XVI. Sed quis iam verbis satis assequatur ornatum templorum atque altariū? Serico, auro, peristromatis, pegmatis, facibus illustra omnia, ut etiam inuitos ad se attrahant atq; ad precandum illiciant. Quis dignè describat ingentem illam molem à Sodalibus Romanis adusque templi laqueare eductam? Sacra nomina IESV & MARIE in aëre suspensamitant, stellis æmula: tum in orbem leguntur verba hæc: *In nomine IESV omne genu flectatur.* Et quod mireris nihil horum colore vlllo, nec argēto nec auro scriptum est, sed lampadum lumine in literarū seriem disposito. Quid reliqua memorem? ita cereorum, lampadumque radijs omnia illustrantur, ut inter sidera sese recipi spectatores opinentur. accedunt melleæ voces & delicatissimæ flexiones Musicorum, quæ iam animos penitus è terris abripiunt, cæloque inferunt.

Quid

Quid multa? Romana Maiestate dignum spectaculum esse dictitant, qui coram adspexerunt. Hinc tota prope Roma eo confluit, Patres purpurati frequentes adsunt, ipse Pontifex Maximus celebritatem præsens exornat.

XVII. Nescio an à Romanis exemplum sibi sumpserint Manilani in Philippinis Insulis. qui Bacchanalium hilaritatem in templum transtulerunt, *Lubet hic nonnulla*, ait historicus, *de eius ornatu referre, qui millium aureorum summam excessit. Templi cælum sericis peristromatibus exornarunt, usq; discoloribus aspectu incundis: hæc distinguebant pietæ quædam auratæq; Japonenses tabule pluribus figuris historysque decoratæ. Parietes hinc inde conuestiebant culcitra, vario serico acq; pietæ, auroq; fulgentes magni precij; ex ijs aliæ discolores ornabant arcus, fornicesq; multiple velo illaqueatæ, è quo curiosè pietæ emblemata pendebant: medios autem arcus, qui plures sunt, plures etiã argenteæ lampades condecorabant.*

D 5

Porro

An. c. 10.
10CVII I.
*Quid in
India
Bacchanalibus
Sodales
instituerint.*

Porro tota hac serica supellex aquilis, panonibus, anseribus, cuniculis, leporibus, alysq; tum auium tum quadrupedū generibus acā mire elaboratis sca-tebat, ita ut viretum diseres templum, quod etiam plures variēq; plante hinc inde in suis vasis disposita spectabilius reddebant. De aræ maxima ornatu subiungit: aurata surgebant columnæ miro artificio dispositæ, quæ cum medios haberent arcus, ubi Tutelarium Diuorum clauderantur icones, visu iucundum opus reddebant. tres erant columnarū ordines, in quorum summo Christi Domini imago patebat, quā mediam habebant SS. PP. Ignatius & Xauerius; Seruatoris imago vexillum porrigebat Ignatio tanquam Societatis antesignano. At in media ara surgebat etiam ex aurato opere curiosè fabricatum opus, varijs Sanctorum Angelorumq; sigillis exornatū; in cuius summo sacra pyxis auro, argento, lapidibusq; preciosis conuestita cunctis patebat. Addit deinde alia, vt Præfetti Sodalitatis curā omnium Cleri.

Clericorum Religiosorumque cœtus huc supplicatum processerint; inhibita sint personatorum discursationes, aliaque sexcenta instituta, quæ sigillatim narrare longum foret. Quæ in re maximum illud admirationis habet, nuper è superstitionum tenebris emerfos, consuetas apud nos voluptates ac ludos diuinis posthabere potuisse. Sed animus qui Deo se verè dedit, facilè cætera negligit.

XVIII. Ad extremum non debeo hic silètio inuoluere, quid Ingolstadienses ad illorum dierum sanctitatem tuendam, aliorum imitatione conati fuerint. In templo Societatis IESU iuxta aram maximam vtrinque theatri dia duo struxerunt, ad mediũ vsque chorum deorsum versus pertinentia. Super alterum illorum Christus manu triplici telo obarmatâ, iam iamque spicula in genus humanũ intorquere velle videbatur, nisi B. Virgo procumbens in genua ic̃tum auerteret, reumque Hominem è mortis à tergo instantis, Dæmonique,

An. c. m.
100XIX.

laqueo disrupto eriperet, atque in Filij amicitia reduceret. Atq; ut res tota quasi Epigramate vno legeretur, supra tota hanc scenam Iris protendebatur, in signe clementiae; inscriptum erat: MISERICORDIA. Ex aduersum in altero pegmate Cometa tristi flamma fulgurabat, VINDICTAM minitans. Infra Dauidi fatalis optio dabatur eligendi, quam e tribus vellet, poenam. In ora theatri Ioannes Baptista concionabundus ad spectatores, PÆNIENTIAM AGITE charitã præferens; multa denique alia spectabantur. Sub vtraque structura gemini introsum hiatus patebant, flammis horribiles. In earum altero tristissima Inferorum species adumbrabatur. Ibi videre erat ad ea loca detrusorum illatibiles facies; hiantiaq; fædè ora triste aliquid hiscere velle videbantur, quo seram suam poenitentiam damnarent. Ex opposito in flammis purgantibus Misericordis Iudicis imotam Iustitiam ostendebant moestæ Animæ, quas ille cælo quidè

affo.

asserere decreuerat, sed acribus prius tormentis expiatis; ut qui etiam dilectissimis impunitatem leuium noxarum non indulgeret. Intra aræ cæcelos hemicycli accessionem adiunxere, supra quem triplici ordine Diuorū Liplanothecæ constitutæ sunt: in utroque cornu hinc S. Hieronymus, illinc D. Magdalena pœnitentiæ instrumenta porrigebant. Supra hinc Moses populo Deum propitiare: è regione Christus pœnas nostris sceleribus debitas: suoque tergo imminentes multis lacrymis deprecari conspiciebatur. Omnia eo intendebant, ut salubri terrore spectatorum animi à peccando, cuius tunc copiam tempus faciebat, absterrentur. Anno deinde conuenienti tertium pœgma maximum supra aram erexerunt, & ijs, quæ superiore anno spectanda exhibuerant, omissis, supra utrumque antrum flammiumomum & Reliquiarum sacrarum ordines nouum spectaculum dedere, Iudicium extremum. Res à pictoribus iam

*Cui bono
talia spe-
tacula
præ can-
tur.*

*An. cto.
1000.*

dudum explicata calamum nostrum non requirit. Vtroque anno frequens in templo populus, præut alijs antè annis fuerat. Ac tametsi multos forsitan rei tantum nouitas pellexerit, nihilominus præcium operæ fecisse nos speramus. nam vt profana spectacula ignorantibus mentibus tacitè illabuntur, easque pertentant, utinam ne sæpius labelactent; ita siquid religiosum obijciatur, horrore sacro animos percellit. scintillam pietatis clam inscijs inserit, bonæque olim frugis nascituræ semina abscondit. Superest vltimum de quatuor initio propositis; sed ne caput hoc nimis excrescat, seorsim id absoluemus.

CAPVT VII.

DE RENOVATIONIBVS.

I. **N**aturæ vitio res magnas non
vti inchoauimus peræq; fortiter

titer ad finē deducere perseueramus. *Renoua-*
 Initia plerumque suo calore se pro- *tionum*
 mouent, & quod in rebus gerendis *radix at-*
 difficultatis est, leue faciūt. post cūm *que origo*
 feruor animi remisit, & agendo se o- *est natu-*
 nera proderē incipiunt, ita ut ingeni- *ra in bo-*
um est omnium hominum à labore *na incon-*
stantia.
 procline ad lubricitatem, segnius operi
 instamus, & pedetentim omnino
 cessamus. Id quod in Rep. quoq; con-
 tingit; principio enim optimis legi-
 bus constitutæ sunt ciuitates: dein
 cūm paucorum seu licentia seu po-
 tentia interuenit, ceperunt mali
 mores sensim inseri, & dum nemo
 vindicat, crescere; ac quodam con-
 tagio plures inuadere. Quo factum,
 ut quod à pluribus agi animaduer-
 sum est, paulatim totam multitu-
 dinem occuparit, ciuitatemque im-
 mutarit; ut non iam priuatim, sed
 publicè maxima flagitia committe-
 rentur. Hinc sapientissimi quique *Renoua-*
 præcipiunt ad vetera instituta Reip. *tores in*
 disciplinam reuocandam; nouumq; *Rebus-*
 subinde impetum capiendum esse, ut *pub. con-*
 quæ *suetud.*

*Concil.
Trident.
Sess. 7. c.
8. Sess. 21.
c. 8 Sess.
25. de Re.
gul. c. 1.
§ 20.*

quæ bene cœpta sunt , rectè absol-
uantur. Hinc Censores olim mala-
morum semina maturè coërcebant,
& hodie in sacris familijs quot annis
lustrum instituitur, vt videant ecquid
collabi aut nutare cœperit , si ad ca-
nones ritè omnia sint composita, nec
ne; quid fulciendum , quid subruen-
dum sit, cognoscant. NULLA nimia
diligentia , qua contra perniciosissi-
mum malum , Legum Neglectum
itur.

*Et à So-
dalitati-
bus rece-
pit.*

*Duplex
ratio re-
nosandi.*

I.

*Censura
quædam
Morum.*

II. Hunc morem pleraq; Sodal-
litia imitantur. Nam & hæc subinde
animos restaurant , atque ad colen-
dam impensiore cura D. V I G I N E M
simul omnes sese incitant. Quæ in re
duplicem rationem obseruatam fu-
isse reperio. Cum enim lapsu tempo-
ris legum habenæ laxius fluere , mi-
nusq; iam ac minus seruati videren-
tur , multisque pro iure sua voluntas
esset, ne malum se latius diffunderet,
tempori occurrendum rati Sodales,
nouis decretis adstringere discipli-
nam, legibusque nouum robur adij-
cere

cere maturarunt; nunc illa remouēdo, quæ cursum remorabantur, impunitatem peccandi & viuendi pro arbitrio licentiam atque exemplum: nunc addendo animum, æstimationem Congregationis, alacritatemq; parenti, & studium rerum diuinarū excitando, quæ Sodalitatis integritatem imprimis stabiliebant. Atque hæc prior ratio nullum certum tempus præfixum habebat; sed vt res necessitasque postulabat, ita eam capessabant. Ac video tantam negotij istius curam in Sodalium animis insitam fuisse, vt iuxta illud, *Principis obsta*, longè ante ire, quàm malum inualefceret, medicinamq; non tam curando quàm auerrendo morbo parare occuparint.

Qua in re diligentiam maiorum nostrorum admiror, qui non semel inuigilarunt, ne Sodalitas hæc nostra detrimentum pateretur. Conuocatis enim edixerūt, vt si quibus statutorum obseruatio incommoda videretur, neque posthac illis teneri vellēt, sine fraude exesse possent.

& à

*Tam olim
Ingo/sta-
dijs/stra-
ta.*

Anno

CIO. IO.

LXXXI.

CIO. IO.

LXXXII.

Anno
C10.10.
LXXXIII.

& à Sodalitate soluti missionem haberent: quibus verò alia mens foret, eandem denuo ad bonum commune tuendum, ad Magnæ Matris venerationem amplificandam applicarent. Mira Sodalium constantia; è tanto numero, primùm tres tantum abierunt, deinde vnus, tertio nullus exors tam dulcis vitæ esse voluit; omnibus exinde studium, Mariana officia intendere, sicuti in noua deditione; pro Sodalitatis incolumitate manibus pedibusque omnia enixè facere.

II.
Propositi
Repeti-
tio.

Modo
Renoua-
tions po-
terioris.

III. Altera ratio est, vt certo aliquo die singulis annis omnes primùm illud propositum, quod ex forma certa conceptum, in ipsa admissione ante aram publicè pronunciare consueuerunt, iterent, eoq; facto pro se quisque veterascentem animorum feruorem renouent, & recenti impetu in virtutis stadio alacrius decurrant. Eo die peccata expiare confessione, alicubi à toto anno repetita, sacramque Synaxin simul celebrare solent.

solenne est. Ibi Præfectus ad altare,
 procumbens, cæteris itidem genu ni-
 xis solennia verba de scripto præit;
 reliqui taciti clariue prosequuntur,
 prout quoque in loco institutum est.
 Illam deinde precationem eleganter
 scriptam supra aram offerunt, testem
 sanctissimæ voluntatis suæ. Hanc a-
 nimos restaurandi consuetudinem,
 multæ per superiorem Germaniam,
 Congregationes receperunt. Infulis
 in Belgio simul cum sui repetita de-
 uotione Cereos offerunt. Græcij e-
 undem morem tenent, vt oculati te-
 stes retulerunt.

Exem-
pla.

Anno
 MD. LXX.
 X.

IV. Memoratu digna est Vieñen-
 sium Sodalium pietas, qui vt Ferijs
 Assumptæ Virginis vberiora cælo do-
 na acciperent, vno mense ante Fe-
 stum, pijs meditationibus, alijsque
 exercitationibus animos præpara-
 runt; ac demum Natali eiusdem Vir-
 ginis formulam, qua se B. MARIÆ
 mancipio dederant, repetiuerunt.
 Qua id celebritate præstiterint Bi-
 suntini, paulo post memorabo.

An. MD.
 LXXVII.

V. Nam

*Cassia
Renova-
tionis.*

V. Nam mihi prius in mentem venit, laudabilis adeò motus causas adferre, ut illi rectè facere videantur, qui cum iam usum induxerunt; & alij habeant, cur idem præstare velint.

*Nitor So-
dalis.*

Ac primò quidem caput negotij est, Nitor quidam atque Vigor Sodalitatum. Nam, ut principio dicere institueram, sensim hebescit acies mentis nostræ, & nobis nec advertentibus quidem, quasi alluvione, semper aliquid deteritur de viribus animi. Corporis enim commercio, rerum harum inferiorum tractatione irretiti, malumus ferè ea quæ delectant, quàm quæ ex usu sunt, sectari. Ita animus laborum fugitans, quietis & voluptatis appetens, cito auertitur à rerum sacrarum studio, & ignavo otio torpescit. Quod malum cum in partes communitatis irrepsit, totam marcescere necesse est. Sic Cœtus ad optima gerenda instituti, solo sæpè iam titulo se tuentur, vigore paulatim consumpto. Inde Nitor & acerrimi ad virtutem stimuli, exempla

*Vigor
Virtutis
facile
languet.*

per-

percut. Nemo enim miratur neque
sibi appetit, quod vulgare est; nec
factum æmulari volumus, quod Au-
ctor contemnit. Quare pro viribus
laborare par est Sodales, vt Congre-
gationis incolumitatem ac pulchri-
tudinem sartam tectam, conseruent.

Est enim Sodalitas elegantissimum
quoddam corpus, in quo virtutum
decora bonorumque exemplorum
pulcherrimæ formæ elucescunt. Ob

quod & Deus illam in oculis ferre, &
MARIA Virgo in delitijs habere, infi-
nitis propemodum gratijs in Sodales
diuinitus distributis, declarant. Quo
magis quisque pro se cauebit, ne
quam maculam tanto nitore afflet;

atque omnes simul operam sedulam
nauabunt, ne per incuriam ille decor
defluat aut obscuretur. Quis enim
post id audeat Virgineo se aspectui
sistere, & ferre illos oculos, quorum

pupillam, id est Sodalitium virijs suis
quasi puluere adperso læserit? Ad
quæ omnia euadenda, praesertim re-
medium nullum, nisi quæ frequens

*Sodaliti-
orum in-
tegrorum
magnam
decus.*

*DELE & B.
Virginis
amor et
gatalia
Sodali-
tia.*

*Renova-
tio inte-
gritatem
hanc con-
seruat.*

quà priuatim quà publicè Sodalium renouatio, qua torpor ab animo, turpitudine à moribus excutitur. Coluber post hyemem

II. *Positis nouis exuuiis nitidusq; inuenta.*

Et Aquila ad solem expansas alas concutiens ac pennas veterascentes proijciens adhortantur; vt nos quoque è senio in viridem ætatem reflorescere velimus. Romani olim Cal.

*Omnia
Renouationi in-
sistunt.*

Januarijs suam quisque artem auspicari soliti, monent ab vnius diei fortunato initio pendere reliqui temporis successum. Quid est cum omnia sui reparationem affectent, quod soli vetustate obsordesce prætoremus?

III.

Præteritam negligentiam compensat.

Iam vt in humanis toto anni cursu multa diligentibus obrepunt, quæ aliter gesta oportebat; à quibus nemo rectius se expurgat, quam qui facta nollet, & in futurum cauere velle ita vt in renouatione fit, proponit. Præterea illæ se obsequio Parthenio deuouendi toties repetitæ viæ, animum in B. Virginem promp-

tilis.

tissimum, quodque ea nobis egregie
 chara sit. indicant; quod Patronæ no-
 stræ non quàm maximè placere non
 potest. Deinde robur quoddam &
 facultas paratur, sicuti alijs in rebus,
 quas factitamus; vt cuius pronum
 sit officia Mariana exequi, ad quæ
 præstanda mentis ardor subinde in-
 stauratus inflammat, vt illud sacri e-
 loquij in has Aquilas reparatas con-
 venire arbitrer: *Mutabunt fortitu-
 dinem, assument pennas sicut Aquilæ,
 current & non laborabunt, ambula-
 bunt & non deficient.* reliquis interim
 sub inuito onere nequicquam fatif-
 centibus.

VI. Denique maximis viris eam
 consuetudinem in primis probari vi-
 demus. quorum aliqui eam inter
 primas rationes Congregationū tu-
 endarum reponūt: alij facto ipso sen-
 tentiam suam exponunt. Pro com-
 perto narrare possum Serenissimum
 Electorem Bauarum consueuisse sua
 manu descriptam formulam illam
 solennem ad Sodales missitare, eo
 tem-

IV.

*Animū
 erga B.
 Virginē
 declarat.*

V.

*Robur
 futuris
 obsequiis
 addat.*

*Isai 40.
 v. 31.*

VI.

*Iudicio
 magnorum Vi-
 rorum
 comprobatur.*

tempore, quo ipsi suas offerunt. Serenissimus Albertus fratris exemplū imitatus nomine suo subscripto easdem preces Virgini repetitas dicauit edixitque Sodalibus vt quotannis illius se celebritatis admonerent, ne boni hac quoque in re Sodalis officium insciens præteriret. Alibi Episcopus Sodalis eidem actioni interesse consuevit. Simon Feurstein præpositus Cathedralis Ecclesiæ & Reuerendissimi Episcopi Brixinensis initiator, qui ante quadraginta annos primus omnium coalitæ Ingolstadiensi Sodalitati nomen dedit suum, cum primum intellexit, ab Ingolstadtensibus magna celebritate restorationem propositi institutam fuisse, laudauit factum, exemploque illorum ipse se denuo B. Virgini addicere testatus est, *Cum istis, inquit, piissimis Iuuenibus ego quoque indignus Veneranda Congregationis Sodalis as membrum, hisce & meum votum renouatum sanctissimæ Domine, Patronæ nostræ, Virgini Matri esse cupio, &*

reno-

An. MD.
1559.

renovo in conspectu Filij eius Domini
nostri IESU Christi, qui & hanc san-
ctam Congregationem ad gloriam suam
& honorē S. Matris benigne conserva-
re augere atq; Caelestibus donis ac bene-
dictionibus fouere perpetuo dignetur,

Amen. Hæc ille. In quadā Galliæ A- An. CIO.

cademia laxior Sodalium disciplina 10 CXI.

Superiorum iussu contrahenda, &
ad normam reuocanda erat. Inter-
rogatus super eo decreto Præses Se-
natus vir Primarius, *Ecquid placeret?*
Et vero, inquit, *perplacet; neq; me ex-*
imium habete, statuite, corrigite, ut
libet: me inter ceteros dictis audien-
tem experiemini.

VII. Quæcum ita sint, nemo
prudens consuetudinē tam frequen-
tem totque locis celebratam dam-
nabit aut contemnet. Quin potius
quæ nondum introducta est, vltro
accersent ea Sodalitia, quæ seipsa à
Socordia vindicare atq; in statu con-
seruare voluerint. Benè enim ille:

Ne post amissa requiras,

Ante veni.

Georg. 3.

E

Qui

Qui verò iam dudum eandem ad-
 sciuerè, vt porro teneant illustriori-
 que studio exaugeant, conari debèt,
 quò maioribus commoditatibus in-
 de deriuatis vsi sunt.

VIII. Vt in Auenionensibus So-
 dalitijs cernere fuit. Nam cùm is qui
 minori Sodalitio præfectus est, ad-
 uerteret plerosque in virtutum offi-
 cijs elanguisse; omnes acriter cohor-
 tatus est ad instaurationem volun-
 tatis illius, quâ se primùm quisque
 Virgini Matri consecrasset: si qui nol-
 lent, solui sacramento placere, & ex
 albo Sodalium deleri. Conspirârunt
 Adolescentes eximij quinquaginta
 supra centum, & præmissa torius vi-
 tæ confessione, Kalendis Ianuarijs,
 solenni apparatu in oratorio formu-
 lam suæ dedicationis, suo quisque
 ordine ante Eucharistiæ sumptione,
 magno omnium sensu, gemituque,
 multorum nuncuparunt. Valuit illa
 res vehementer, non modo ad illius
 Sodalitij bonam disciplinam, sed a-

lia.

liarum etiam Congregationum, totiusque Gymnasij exemplum. Nam Sodalitas maior, quæ tota penè constat ex primarijs ciuibus, non verita sequi vestigia puerorum, quæ virilem ducerent ad virtutem; die ipso Pentecostes simili facto, similem iniit à Virgine gratiam. Hæc instauratio, torporem & veternum excussit omnibus, vnde noua repente, & vegeta extitit facies pietatis. Idem imitata est Congregatio Seminarij. Ita glifcente exemplo rapti sunt ad imitationem tantâ contentione, vt confessionibus excipiendis, toto semestri vix sufficerent Sacerdotes. Certè ex mille & sexcentis Scholasticis magnam partem repetita à puero peccatorum confessione animum expiarunt. Alij alias in eiusmodi renouationibus cæremonias ad rem illustrandam addiderunt.

Quo in genere palmam mihi videntur obtinere Bisuntini Sodales,

quorum exemplum huc conieci, vltimo loco lectum, fixius hæret memoriam, dignum quod in Cedro
 An. CIJ. legeretur. Hi in peruigilio Virginis
 1009. Annuntiatae in templum Societatis
 IESV supplicatum ingressi, coram Schemiensis Virginis imagine, quam superiore anno solenni pompa intulerant, vota sua nuncuparunt, atque in amoris pignus cum funalibus candidis votiuaque tabula Cor argenteum pretio & arte visendum deposuerunt, sic inscriptum: CONGREGATIO ANNUNTIATAE VIRGINIS HANC PRO EX CORDE PURITATIS EFFIGIEM, PURIORIS OBSERVANDAE PURITATIS ERGO, PURISSIMAE VIRGINI, CUIVS EX MONTIS ACVTI QUERCIV, IN COLLEGII SOCIETATIS IESV YESONTIONENSIS COLITVR IMAGO MIRABILIS, VOVET, DICAT, DEDICAT. Hanc Scholasticorum pietatem tota postmodum
 An. CIJ. ciuitas alacriter imitata est. Sequenti
 1009. dein año libellum eleganter concinnatum singulorum Sodaliũ nomin

ac promissa continentem, argentea theca reconditum superiori muneri adiecerunt: ut quod ore semel nuncupatum ab ipsis foret, æterno pig-nore testificarentur.

X. O Corda! O Nomina, non tantum argento, sed cælo insculpenda! Quid enim? B. Virgo tales clientes non amet? non in sinu ferat? sanè faciet. & non sine eorum magno bono. Nam: *Ego, inquit, diligentes me diligo, & qui manè vigilant ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes* *Proverb.*
superba & iustitia. Melior est enim *8. v. 17.*
fructus meus auro, & lapide precioso, *& seqq.*
& gemina mea argento electo. In vijs
iustitiæ ambulo: in medio semitarum
iudicij, ut ditem diligentes me, & the-
sauros eorum repleam. Exspectamus
 ista? diligamus MARIAM; & hunc amore quibus quibus modis, noui veteresue sint, foueamus. Illa nos semper amat. Eam ergo iam amet, qui nunquam amauit, quiq; amauit iam amet. Recentibus semper officijs perpetua beneficia remunerari par est.

CAPVT VIII.

DE ILLVSTRIBVS
SODALIBVS.

Sodalitia quasi corpus quoddam
 Scætu hominum, Legibus, Mori-
 busq; vt partibus suis constare ac vi-
 uere diximus. Quæ cum pro institu-
 to nostro prolixè satis explicaueri-
 mus: simul in quem finem, & à qui-
 bus erecta institutaq; sint, memora-
 uerimus; Sodalitiorum naturam to-
 tam abundè descripsisse videri possu-
 mus. Quo tamen plus splendoris atq;
 æstimationis accedat Congregatio-
 nibus, non nullos in medium produ-
 camus, qui vel generis vel dignitatis
 vel sanctitatis claritate Sodalitates il-
 lustrarunt. Nam & in cæteris interest
 ex auronè an ligno quid constet. Ac
 tametsi res quasq; suo pondere æsti-
 mantibus *Genus, Prætura, Consulatus,*
*atq; omnia alia huiuscemodi per se ip-
 sa clara & magna non snt: sed per-*
inde

*Sodalita-
 ribus ab
 Illustri-
 bus per-
 sonis ad-
 ditur or-
 namentum.*

inde habeantur, ut eorum, qui ea sustinent virtus est: tamen vbi hæc illis accesserit, nescio quanto amplius arideat & quandam quasi inde dignitatem trahat,

Sall. in
Iugurth.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

Quasi si lumen è Chrystallo aut fecili gemma pelluceat, amœnius emicat, quàm è cornu. Ita omnino virtus plebeios animos supra improbam Nobilitatem euehit: In trabea tamen & inter imagines Nobilium splendidior est, quam in lacerna. Sic sodalitates suo instituto satis illustres sunt; si tamen & à genere aut aliunde decus additum fuerit, ornatiores fore, nemo inficias iuerit.

Virg. Æn.
uesid. 5.

II. Romana Virginis Assumptæ sodalitas ex Optimatibus cõflata est: multi in ea Cardinales, complures Antistites, cæteri Illustres ac Nobiles genere versantur. Neapolitana Natæ Virgini dicata constat plerisque Nobilibus. In his Principes duo, eotidem Duces, quorum alter Regiæ

Integra
congre-
gationes
è prima-
rijs con-
stituta.

Anno
CICID.
LXXVI. classi præerat, Marchiones septem,
Pontificis Maximi Nuncius, Episco-
pi tres numerati sunt. Multa denique
sodalitia Nobiliū passim erecta sunt.

Anno
CICID.
LXXXVI. III. Olyssiponensem illustravit
Serenif. ALBERTVS Archidux Au-
striae; cuius auctoritatem viri nobili-
tate & dignitate clarissimi secuti sunt.

Anno
CICID.
XCIX. Gandiensibus Sodalibus Dux ipse
supplex adscribi postulavit ab ijs,
quibus ius est admittere; quem pri-
mores plurimi æmulati, sese cultui

An. CIC.
DCIII. Mariano dediderunt. Græcij præter
viros primarios & Barones aliquot,
quinque Episcopi, & inter hos Nun-
cius Apostolicus nomen suum inter
sodales maiores professi sunt. Sere-
nif. quoque Archiduces conuentus
eorum aliquoties adierunt, ibique
optimo exemplo sacra Synaxi accu-
buerunt. Minoribus primus præfuit
Serenif. CAROLVS Archidux, cum
tubarū sonitu renunciatus. Ad quod
munus rite agendum prouolutus ad
pedes Illustrissimi Nuncij rogavit. vt
sibi & nouæ cōgregationi benè præ-
cicaretur. IV. Et

IV. Et quoniam Serenif. semel *Serenif. si. ms So- dales.* mentio incidit, subiungam alios, qui serenissima sua luce sodalibus splendorem decusque addiderunt. Nam præter Albertum & Carolum iam memoratos, Archiducum Græcensium Mater cū duobus liberis (MAXIMILIANVM & LEOPOLDVM *An. CI3. 15XCVI.* se opinor) nomen suum dedisse perhibetur. Quos anno vno præuenit FERDINANDVS, nunc Imperator Inuictissimus, quem tamen iam alibi antea hac sodalis optimi officijs perfunctum inuenio, vti supra relatam est. MAXIMILIANVS Præfecturam *An. CI3. 15XCV III.* quoque administravit. Ex eadem Domino Viduæ duæ, altera MARIA Maximilianæ II. Imperatoris, altera ELISABETHA Caroli IX. Galliarum Regis quondam coniuges in sodalium se contulerunt.

V. Bavariæ quoque nostræ Soles, Radios suos Sodalitatibus intulerunt. Monacensibus Sodalibus Præfectus *An. DC. 15LXXX.* præfuit Serenissimus Elector MAXIMILIANVS non nostris encomijs, *IV.*

E 5 sed

sed suis factis maximis describendis.
 An. c10. hic fratrem suum PHILIPPVM Ra-
 10LXX. tisbonensem Præfulem Sodalium
 VII. numero adlegit. Vtroque Ingolsta-
 dienses gloriantur vel Socio vel Pa-
 trono. Ac PHILIPPVS quidē Ingol-
 stadiensem quoq; Sodalitatem trien-
 nio post administravit: demū Ratis-
 bonensem, S. R. E. Cardinalis fovit
 ac defendit. Enituerunt iuxta fratres
 FERDINANDVS & CAROLVS veluti
 duo sidera. quorum hunc terris tan-
 tum Fata offenderunt, cæloq; matu-
 rum citius intulerunt. Illum verò or-
 bis hic noster etiamnum S. R. Impe-
 rij Septem virali Epomide & Colo-
 niensi Archiepiscopali Mitra insignē
 spectat & admiratur. Fratres ALBER-
 TVS imitatus est, qui Ingolstadiensi
 primum cætui adscriptus, post tertiu
 deinde annum Monacensi præfectus
 est. Habuerunt videlicet Seren. Du-
 ces domi suæ quod intuerentur, ut
 cæterarum virtutum, ita singularis in
 D. Virginem pietatis exemplum Ser.
 Parentem GVILIELMVVM, qui iam ab
 ipsis

Anno
 c13. 10.
 XCVI.

An. c10.
 10XC.

ipsis Congregationum incunabulis, non tantum suo Serenissimo nomine, sed multo amplius solida virtute eas exornavit atque incrementis auxit, Liberisque atque Generis ornandas augendasque tradidit. Illius è Serenissima Magdalena Nepos Serenissimus PHILIPPVS GVILJELMVS Comes Palatinus Princeps Neoburgicus duodecennis Sodalitati Neoburgensi Virginis Annunciatae praefuit.

VI. Ita quod à stirpe bonum est in veram virtutem efflorescit. Sic Serenis, quoque Allobrogum Dux, postquam ipse iam pridem nomen suum in album Parthenianum referendum curauisset, Ferijs Conceptae Virginis quinque ad conuentum filios addidit, è quibus tres maiores nomina dare voluit, & maximū natu Sodalitio patronum constituit. Nanceianam Sodalitatem primi constituerunt, quinquaginta è prima Nobilitate exemplum secuti Ser. FRANCISCI Vaudemontani, qui inter primos nomen dedit.

*Ducas ab-
ly.*

*Atque
CIC. ID.
LXXVIII*

E 6

VII. Prae-

Anno
CIC. IC.
XC.

VII. Præter hos, Ducem Hippo-
nis in Brutijs, Neapoli præfecturam
parthenianam gessisse: Compluti ve-
rò Ducis Gandiæ filium reperio. Dux
Populësis Neapolitanus Sodalis iam
morti vicinus protestatus est, se si
quid virtutis haberet, id totum è dis-
ciplina Mariana hausisse: simul Filio
aduocato *Et tu, inquit, Sodales ex-
ora, ut te in suum consortium admit-
tant. Hac hereditate præstantius nihil
est, quod tibi relinquam.* Comes Fon-
tium Gubernator Mediolanensium
eorundem Sodalitati se adiunxit.
Prorex item Peruuij Limensem con-
gregationem celebrauit.

Reueren-
dissimi
est illu-
strissimi
Sodales.

VIII. Iam si quis Ecclesiasticos
omnes recensere velit, finem nullum
inueniet. Paucas adèò ciuitates, quæ
& Episcopum & Sodalitatem habe-
ant, mihi quisquam dabit, quin eam
Sodalitatem Episcopus inter primos
dato nomine illustrauerit. Nihilo-
minus de innumeris, quorundam
mentionem faciam. Ac de Cardina-
libus principiò memini multos Ro-
mana

manæ adscriptos fuisse Congregati-
 oni. Franciscus Cardinalis Diechtri-
 stenus Brunæ in Moravia Præfeci-
 muntus gessit. Cardinalis Forgach Ar-
 chiepiscopus Stringoniensis sua se-
 manu inscripsit albo Sodalium Vi-
 ennensium. In eandem hanc longè
 ante conuenerant tres Legati Apo-
 stolici. Comotouensibus socijs pri-
 mus accessit Philippus Spinellus,
 Nuncius Apostolicus primusq; apud
 eos præfecturam iniit, quam ab sens
 per vicarium administravit. Archi-
 episcopus Moguntinum, Camera-
 censem, Viennensem, in Gallia, suarū
 Sodalitatum syllabo inscriptos inue-
 nit. Reuer. & Illust. PARIS, qui nunc
 Salisburgensis Præsul est ex Illustri
 Lodronia familia, Sodalitio Ingol-
 stadiensi olim magna cum laude præ-
 fuit.

Anno
 MD. IXXVI.

Anno
 MD. LXXXI.

An. MD.
 DCIII.

An. MD.
 DCXI.

An. MD.
 DCIV.

IX. Inter prima decora Sodaliti-
 orum Episcopos reposui: sed quia, vt
 dixi, eorum multitudo obstat, vt cō-
 modè enumerari non possint; tan-
 tum è Germanis paucissimos afferā,

An. MD.
 DCIIX.



non tam quòd illustrius quid ab his, quam alijs, accessisse credam, quam quòd ostèdere velim, Episcopos Sodalitatis fuisse, atque hi manifestius in oculos nostros incurrant. Vnius tamen exteri dictū obliuione sepelire non debeo. In Gallia Episcopus Vniuersitatis Congregationis Auenionensis Præfectus fuit. Is palam testatus est, plus se gloriari, quod nomen Sodalitatis inscriptū haberet, quam quod Mitrà insignis esset. Videbat nempe sapiens Præsul sub Mitra curas atque pericula, in Sodalitate verò præsidia salutis posita esse, et merito post hanc omnem dignitatem haberet. Ioannes Godefridus Herbipolensis & Bambergensis pro more literis Sodalitati suum amorem testatus est. Ioannes Christophorus Eustadianus & Albertus Ratisbonensis Sodalitatis præfecturam suis curis adiunxerunt. HENRICVS Augustanus è nobili Knoringanorum prosapia Dilinganam minorem Sodalitatē puer undecennis illustrare primura cepit.

Epif.

Episcopus deinde Maiorem etiam
 Præfectus administravit. Quantum
 verò non modo decoris Sodalitati-
 bus ab hoc Antistite fuerit additum,
 sed quanta in totam Ecclesiam atque
 Imperium Romanum bona ab eo-
 dem promanarint, me non finit nunc
 memorare modestissimi Principis
 submissio: nec si vellem, multitudo
 gravitasque rerum permetteret. Or-
 be conscio, tacere licet: ut posteri
 non ignorent, melius olim alij con-
 signabunt, liberiusque id facient,
 procul ab adulationis suspicione
 semoti. Mihi sufficit id memorare,
 inter summas illius curas fuisse, op-
 timi Sodalis officio satisfacere. Io-
 annes Iacobus Constantiensis, Gui-
 lielmus Basileensis, Vitus Adamus
 Frisingensis Antistites inter Soda-
 les recensentur. Brixinensis ex il-
 lustri Spauriorum familia cum ab-
 sens Oenipontanis Sodalibus addi-
 tus fuisset, nuncium illum tanta vo-
 luptate accepit, ut eam animo co-
 hibe-

AR. C13
 13 CV.

hibere, quin in oris inusitatam hilaritatem erumperet, non potuerit. Atque hi omnes præterquam quod Ecclesiastica dignitate, virtute, genere quam maxime clari sint, Imperij insuper Principes Illustrissimi Sodalitatibus magnum lumen ac gloriam parârunt. Ex quo necessario conficitur magno in precio parthenios cœtus habendos esse, quos Tanti Principes eo loco ponunt, vt Tiaras suas ibidem collocare velint.

X. Multi denique Prælati, Abbates, Præpositi, Decani alijsque muneribus sacris conspicui, tum genere illustrissimi Marchiones, Comites, Barones, atque eruditione clarissimi neq; satis sibi in dignitate aut genere, neque in scientia præsidij esse arbitrati sunt, nisi à Sodalium confortio vim aliquam atque decus ad eam illustranda, quæ vel natura vel industria dederat, deducerent; eoque ipsi simul Sodalitijs splendorem magnū inferrent. Sed ne longius rem producam, ac ne præterea prope infinitum

mih

mihi laborem sumam, omitto singulatim omnes recensere. Committere tamen nequeo, quin è duarum antiquiorum Vniuersitatum Prouinciæ Germaniæ Superioris Sodalitijs percenseam, quos reperi in eorum Annalibus, Illustres Sodales in scriptos. Inde de Congregationibus toto diffusis orbe Lector coniecturam faciet, quot Illustrissimi soles parthenium cælum irradiauerint.

XI. In Ingolstadiensium itaque coetu præter *Rmos.* & *Smos.* quos supra retuli, nominibus suis Congregationem Ingolstadiensem illustrarunt *Rmus.* & *Illmus.* Franciscus Guilielmus Comes à Wartenberg Ratisbonensis, Oetingæ veteris, ac B. Mariæ Monacensis primùm Præpositus, nunc Osnabruggenensis Episcopus, qui olim præfecturam quoque egregiè gessit. Item eius germani fratres Maximilianus & Ferdinandus Laurentius. Præterea Illust. Princeps Christophorus Gustauus Marchio Badensis & Philippus Comes ab
Arn-

Arnberg, Aloysius & Ferdinandus
 Gonzagæ B. Aloysij è Fratres Nepotes
 item Marchiones Scipio Gonzaga
 & Franciscus Sfondratus, perillu-
 stres Comites Carolus Gaudentius
 Madrutius, Wolfgangus, Ernestus
 Franciscus Martinus Oetingi, Ru-
 dolphus, Henricus filius, & Geor-
 gius Guilielmus Helfensteinij, qui
 nuper magno Germaniæ luctu vita
 functi, familiam Helfensteiniam à
 nongentis annis illustrem, secum in
 tumulum intulerunt, documento
 post se relicto, Nihil mortale esse
 perpetuum, & omnem Familiam
 generare tandem vltimum, cum
 quo occidat. Ioannes Fridericus
 Schuuarzenbergius, Carolus Sul-
 zius, Franciscus & Georgius Africa-
 nus de Bassompierre, Constantinus
 Liechtensteinus, Antonius Peroni-
 us, David Brembatus, Ioannes Erde-
 odius, Ioannes & Nicolaus Raphaël
 Kostkæ Stempergenses, Christopho-
 rus Lodronius Paridis frater, Marcus
 Sitticus Altmöpsus, qui nuper Ar-
 chie-

chiepiscopus Salisburgensis fuit, è quibus toti Sodalitati præfuerunt. Badensis, Aloysius Gonzaga, Ernestus & Franciscus Martinus Oetinganus, Erdeodius, Brembatus tertium, Lodronius, Wartenbergius.

XII. Ex his quos Ingolstadiensem Sodalitatem exornasse memoravi, Dilingano primitus solo insiti floruerunt Vitus Adamus Frisingensium Antistes, Rudolphus & Henricus Comites Helfenstenij. Præter hos Sodalibus suis glorianatur Reuerendissimis, Illustrissimis Episcopis Dilinganæ Sodalitates Guilielmo Basileensi è Rinckijs, Ioanne Georgio Constantiensi Halvvilano, Wolfgango Ratisbonensi ex Hausiorum familia, Ioanne Conrado Eustadiano Gemmingensium è stirpe, Sixto Wernero Praspergio & Ioanne Trucheseo Constantiensibus, Daniele Brixinensi, Ioanne Leonardo Lauantino; de Henrico supra dictum. Numerarunt olim inter suos Principes Ecclesiasticos Ioanem

Ada

Adamum Renner & Ioannē Eucharium à Wolfurt Campidonenses Principes, Ioannem Iacobum Blarer Eluacensem.

Illustrarunt eosdem cœtus Illust. Laadtgravius Leuchtenbergicus RYDOLPHVS PHILIPPVS, qui secundum feliciter Minoribus præfuit: & Illustr. Olycæ & Niesvvisij Princeps Ioannes Albertus Raziillius. Post hos insigniter enituerunt inter Parthenios Sodales perillustres Comites Ioannes Christophorus in Hohe-æmbs, Wolfgangus, Vdalricus, Ioannes Fridericus, Ioannes Oetingenses, Eitelius Fridericus, Leopoldus Fridericus, Christophorus, Carolus Hohenzollerani Comites, Frobenius & Georgius Helfensteinij, Casparus Bernardus Rechbergiacus, Hieronymus Turrianus, Georgius Ostrorcœgensis, Ioannes Genzinus, Fabius Vicecomes Borromæus. Taceo Suffraganeos, Abbates, Barones plurimos. Taceo minores dynastas. Sufficiant hi ad id, quod ostendere inten-

tenderamus confirmandum, Sodalitia maximis viris pulcherrimè floruisse. quod ad eorundem commendationem atque æstimationem non parum ponderis apud prudentes adijciet, virtutem non tantum in palliolis sordidis, sed in purpura quoque nituisse. Illud tantum ad extremum moneo, nos in illustrium Sodalium syllabo constituendo nemini quidquam detrahere aut alijs apponere voluisse: recensuimus eo ordine, quo vel occurrerunt, vel qui scriptori cōmodus visus fuit. Ius suum cuique integrum, suus cuique ordo immotus esto. In cœtibus Marianis, non in comitijs, Magna nomina collocauimus.

CAPVT IX.

DE QVIBVSDAM
ILLVSTRIBVS VIR-
tute Sodalibus.

COMMUNES quosdam sodalitatū
mo-

mores quarto capite persecuti sum⁹, quibus tanquam vna norma omnes vterentur. Nunc priusquam ad singula singulorum sodalium exempla libro proximo explicanda descendam, singulorum quorundam communem vitæ degendæ rationem & quosdam quasi plurium virtutū fasciculos legendos proferam. Nam, etiam sæpè flores in reticulum collecti mixta amœnitate iucundiores sunt, quàm soli: & hic quoque *unita virtus est fortior* ad imitationem concitandam, dum legitur, non modò ab omnibus multa præclarè gesta, sed ab vno etiam plurima fuisse. Atque ad sodalitorum laudem valebit & nobilitate generis, & virtutū præstantia insignibus membris constituisse; eoque hoc laudabilius erit, quod prius Generis beneficium sit, posterius Sodalitati proprium, Optimos Sodales genuisse.

An. c. 13.
1313.

I. Florentiæ iuuenis non æquè moribus ac genere nobilis fuit. Is veteri viuendi ratione damnata, ad fru-

gera

gen
fac
dal
pri
nes
bita
cul
que
cer
ren
iuu
bus
nin
le n
Fef
egr
Hy
vrg
tib
pa
vid
cre
tis
ult
fac
au

gem sese reuocare studuit. Proinde sacramyteria frequentare, & Sodalitati Marianæ nomen dare inter primas curas & emendationis rationes habuit: ab illis mira in mores probitas, mirus ardor veteres expiandi culpas emanauit; fune fetoso cilicioque corpus terere, ieiunio semet macerare, pro oblectamento illi fuit. parens vterque, ceterique domestici iuuenem obiurgare, miscere precibus minas, lacrimas adhibere: sed animus in cœlum affectans viam, facile mortalium obstacula superabat. Festis Diebus itabat in Nosocomia, egrisq; eò cibum ac solatiū afferebat. Hyeme cum grauior aënona populū vrgeret, mantieis ex humero pendētib; emendicabat quotidie panem pauperibus alendis. Hæc cū indigna viderentur natalium nobilitate, percipuit fama eum de potestate mentis exisse. Deniq; Pater iratus vetuit vltius stipem corrogare. Sed eius sacerdotis, qui iuueni noxas confitēti aures præbere solitus erat, operâ, pa-

rens

rens inductus est, vt porrò facultas
tempio operi insistendi daret. Ali-
quando mendici vocibus excitus è
domo, cibaria attulit; sed quod ho-
mo viribus defectus ea transmittere
non posset, eundem clam domum
infert, & deliciores cibos preparat.
Sed iurgio patris euictus, humeris
sublatum, in publicum valetudina-
rium deportat, curatumque diligen-
ter Præfecto commendat. Neque
hunc tantum, sed extra urbem ad
mille passus conquirebat lassitudine
& fame prope exanimatos humeris-
que in xenodochium deferebat; alijs
id amentia vitio, alijs pietatis studio
fieri interpretantibus, vt quisque ex
suo affectu diuina aestimare poterat.
Non rarò morbidorum vlcera lauit;
intima quoque corporis velamenta
sibi detraxit, vt nudis pauperum cor-
poribus inijceret. Neque hic miseri-
cordia stetit. Septendecim Virgines,
ne earum pudori insidia tenderen-
tur; alias quatuor è lustris ereptas in
coenobiorum tuta perduxit. Hæc in-
tel

ter opera mortem demum sancte op-
petijt, omnium iam iudicio sapiens,
qui in id momentum tam cautè sibi
prospexisset.

II. Similis ferè alteri vita fuit Val-
lisoleti; totum se in diuinarum rerum
commentationem immerferat, duri-
ter atque inclementer se habere, ali-
orum saluti inuigilare; modico ipse
ac contempto corporis cultu, mise-
ricordia tantum sumptuosus erat: ea
animi demissione ac modestia ser-
monis, vt sanctimoniam spiraret; nõ
formidare pericula, non vulgi ru-
musculos, non maleuolorum obtre-
ctationes metuere, id tantum stude-
bat, vt opera atque pecunia sua in-
quam plurimorum beneficium diui-
deretur. ægros ac desertos, vt prior,
conquirebat atque in nosodochium
ducebat aut ferebat. Ita porro lubens
ac sedulus in hoc ministerio erat, vt
marcidas ægrorum cicatrices & pu-
rulenta vlcera exugset, lamberetue
lingua, genu flexus, non modo sine
stomacho, sed cum animi voluptate.

CIP. 126.

XC.

Ad præscriptum denique Sacerdotis
culparum suarum arbitri, vitam to-
tam exegit, feliciterque absoluit; le-
gatis in eam religiosam familiã mille
aureis, cui vitam omnem, si lieuisset,
libenter olim addixisset.

Anno

CIO. IOC.

XII.

Amor

Castita-

18.

III. Atrebatensis Prætoris filius
hæres vnicus maximarum faculta-
tum è vita abiit, magnæ sanctimonie
indicijs editis. Ab ipsis incunabula
vitam ijs moribus traduxit, vt tota
pueritiã nihil nisi sanctum in eo no-
tari potuerit. Castitatis vixit tam
fedulus custos, vt in longo difficili-
que malo non sit passus à quoquam
se attrectari, præterquam à matre
in fomentis applicandis: cæterarum
mulierum ne adspectum quidem
aut præsentiam ferebat. Ita mentem
puram criminum conseruare stude-
bat, vt paucis ante obitum diebus
diligentius scrutanti, ecquid inle-
ges Sodalitatis admisisset, id vnum
succurrerit, indulgentius à se som-
num excussum fuisse, qui bis iterum
ue in Sodalium coetu confidenti ob-

repul-

repfisset : Atque vt eius culpæ venia à Socijs publicè suo nomine peteretur, obnixè rogauit. Ardenti studio ferebatur ad obsequendum tolerandumque aduersa, vt ob id dolenter quereretur neutrius virtutis sibi domi suæ copiam fieri, ea rerum abundantia domesticorumque, sedulis obsequijs. Quapropter studiosissimè contendit & quidem frequenter à R. P. Rectore collegij Societatis Iesu, vt in eius domo liceret emori, nempe in palæstra obedientiæ atque patientiæ, in qua se ad Christi in cruce nudi & ad infima durissimaque obsequia abiecti exemplum exercere posset. Dein cum non obscure aduerteret, dubijs promissis se in præsens lactari tantum, ad matrem conuersus, vehementer rogare instituit, vti se in stabulum sua conditione moribusq; dignum locum deportandum curaret, ibique vitam finire pateretur. Cum etiam istud non impetraret. *Saltem, agite inquit, & humi me deponite ; sinite ut ibi animam ex-*

Tolerantia dolorem cum animi submissione.

halem, unde membra hac habeo: finite aliquousque accedere ad IESVM meum supra duram trabem morientem. Visus est sibi æquissima postulare, & in speciem promittendum fuit, ne frequentior repulsa corporis molestias auget. Illud enim verò insitam virtutem luculentè patefecit, quod molesta primum tabe, mox cruciatibus acerrimis & vlceribus altè depressis morbus diuturnus tantum non potuerit, vt ab adolescentis ore morosam vel acerbam vocem seu notam extorqueret: Vt haud alias facilius scire possis, quanta virtute animum quis instruxerit suum, quam cum agrotat: plerumque enim inter corporis morbos, animus suos exerit. Vnde in hac mentis æquabilitate, constantem quandam Adolescentis virtutem eamq; solidam deprehendere lieuit.

*Morbis
virtutis
explora-
tor est.*

*Anno
1170. 10.
X.*

IV. Addam è Belgio alterum. Adolescentens Antuerpianus aÑos natus octodecim, in ipso flore succisus est. Fuit rebus diuinis commentandis imprimis addictus. Retulit pater se eum

plus

plus tricies frigore rigidum & fletu *Studium*
 madidum, cum media nocte & hye- *orandi.*
 me inter orādum nudis genibus ma-
 nibusque iunctis obdormiuiſſet, in-
 lectulum depoſuiſſe: miram quoque
 in eo morum maturitatem & inſigne
 obſequendi parentibus ſtudium ob-
 ſeruaſſe; neque tantillum moleſtiæ
 ab eo vnquam ſibi creatum fuiſſe,
 niſi cum pro pauperibus importuni-
 us ſtipem flagitaret. Quadriennio ar-
 te è vita quam diſcederet, Sabbathi
 die ſtatum ieiunium in B. MARIÆ
 honorem ſibi indixit. Adulta ætate à
 ſacro conſcientiæ tribunali reuerſus
 matri ad pedes ſe abijciebat, veniam-
 que delictorum ſubmiſſe rogabat.
 Cum per ingraueſcentem morbum,
 à ſcholis abeſſe cogeretur, opilionū
 & ſubulcorum doctor eſſe, eoſque in
 rebus ad religionem pertinentibus
 ſcituque neceſſarijs inſtituere cœpit;
 vtque vellet ea rudimenta condif-
 cere præmiolis inuitabat; vt iam in-
 de iater suburbanos ſancti pueri no-
 men obtinuerit. Sacro Miſſæ officio

quotidie astitit. Mendacium in puero vel leuissimum nemo aduertit. Sepe ille ex Magistro suo quærere institit, quodnā officiorum genus Deo quam gratissimum à se præstari posset? Vilia enim aut comūnia opinabatur eum non decere, qui nō communia neque vilia beneficia accepisset. Iam mirè patiens dolorum erat, & piēne an ingeniose precium eorum pulcherrime dispensabat. Diem enim hunc parētibus, alterum scholarum Præfecto, tertium Magistris, alios deinde alijs concedebat, ut dolorum suorum meritis lucrum aliquod illis Deus impertiretur. Propē iam à morte aberat, cum Virgini Aspricollensi suam virginitatem voto perpetuo consecrauit. Allata tunc ei fortè fuerunt B. ALOYSII GONZAGÆ reliquiæ, quas ille hilari ore veneratus, osculumque toto animo imprimens: *Iam verè scio*, inquit, *Beatissimum meum ALOYSIUM post nonum ab hoc diem, si animam modo fuerit, corporis integram ual-*

*Predicabit
suū à
vita abitū.*

letu.

letndinem mihi à Deo impetraturum,
 aut morienti in ultimo periculosissimo-
 que conflictu strenuum fore adiuto-
 rem. Dies nonus vaticinium firma-
 uit; ipso enim die è viuis discessit sine
 dubio, illo comite, quem sibi adfore
 præcognorat.

V. Tertium ex eodem Belgio, *Virorum*
 Diui, quantum Virum! producam, *& Lite-*
 IUSTVM LIPSIVM eruditione clarif- *ratorum*
 firmum, pietate Optimum; à quo li- *Speculū.*
 terati omnes viuendi disciplinā me- *Iustiss*
 rito hauriant, quibus adolescentum *Lipsius.*
 virtus perinde atque ætas illorum
 immaturior videri posset. Qui Lip-
 sium officijs Sodalium accuratè sa-
 tisfecisse legerint, cognoscent ne-
 que studiorum occupationes; neque
 ætatis dignitatem obstare, quo mi-
 nus Sodalitatum exercitationibus
 sese dedere debeant. De suo in Vir-
 ginem Deiparam affectu, de Soda-
 litatis ingressu hoc ipse de se scribit: *Virg. Hal.*
A prima adolescentia DIVÆ VIR- *c. I.*
GINIS amorem & cultum indui, eã-
que patronam mihi & ducem in peri- *Totū B.*
culis,

Virgini se culis, in molestis, in omni vita cursu e-
addicit. legi. Etiam in studiis, & si quid accu-
 ratius pangendum aut dicendum pub-
 licè esset, ubi Fama vel Memoriæ res
 agebatur, precibus & votis ad eam
 inisse me fateor: & felici ferè successu.
 Itaque ut primum licuit, in Sodalitiū
 eius nomen etiam dedi, quod apud E-
 barones, & in hac item vrbe (Loua-
 nij) frequens honestumq; est: cui Pa-
 tres Societatis IESV præsidet dirigunt-
 que. Cui postquam nomen dedit su-
 um, id obnixè studuit, ut nullam eius
 officij partem prætermitteret. Vel se-
 mel à Congregatione abfuisse, reli-
 gio illi fuisset, etiamsi è medijs quan-
 doque mensis surgenduni illi fuerit.
 Quoties leges Confessionem culpa-
 rum præscribebant, quoties ad sacrū
 Epulum vel Conuentum aduoca-
 bant, parebat ille modestissimè ac
 studiosissimè. Leodici orationem pa-
 negyricam de Magnæ Matris laudi-
 bus in sodalium confessu publicè re-
 citauit. Virginis Hallensis & Siche-
 miensis beneficia & miracula rite te-

Conuen-
tios etiā
ob consi-
lia non
negligit.
Legum
Parthe-
niarum
observā-
tissimus.

Verbis ac
scriptis B
Virginē
predicat.

sta-

stata in lucem edidit, maleuolorum-
 que propterea dicterijs os præbere cent. 5.
 non formidauit. Sed qui vir fuerit, in epist. mis-
 morte vel maximè claruit. *Ad extre-* cell. epist.
um vita acturo fabuleque catastro- 59.
phen, tristem illam quidem, sed in quâ Quã piè
sunt omnia, venimus, ait vitæ illius constat
 nobilis scriptor Aubertus Miræus terque
 Canonicus & Bibliothecarius Antu- mortem
 erpianus. Anno obierit. MDLXVI. xv. Cal.
 Apr. pridie Dominicæ Palmarum in
 morbum incidit, quinto post die X.
 Cal. viuere desijt. Tempus id quod
 intermedium fluxit, curandæ saluti
 nauiter impendit. Nam P. Leonardo
 Lessio Societ. IESV Theologo cele-
 berrimo euocato vitæ suæ rationes
 inspiciendas dedit; atque in sacris ri-
 tu Christiano procurandis totus fuit,
 cæterorum negligens. *Adeo quidem*
ut extremis illis diebus nec scriptorum
à se editorum, nec adfectorum, nec stu-
diorum ullam omnino mentionem fe-
cerit. Vni enim Deo vitæ mortisq, ar-
bitro tunc vacandum rectè existima-
uit. Tanta constantia animi atq, ala-

*Quid de
Stoica
philoso-
phia mo-
riens sen-
serit.*

*critate fuit, nihil ut uxoris charissi-
ma, nihil amicorum lacrymis ac suspi-
rijs moneretur. Itaque nullam queri-
monia vocem, nec ullum repugnantis
aut trepidantis animi signum edidit;
utque in vita omni, sic in morte quo-
que Christiani Philosophi ac Soda-
lis nomen insigniter tutatus est. Cum
non nemo suggereret, Stoicam uti
apathiam præ se ferret; Hac delira-
menta, inquit, stultorum sunt & di-
gito in Christi cruci affixi imaginem
intento: Hac VERA est, inquit, SA-
PIENTIA. Domine IESU doce me pa-
tientiam. Erat tunc ea hebdomas,
qua patientis Christi memoriam lu-
gubri ritu Ecclesia renouat. Vnde
non semel auditus est sibi gratulari,
isto se anni tempore è vita migrare,
quo Christi sanguis maxime in Eccle-
sia feruere. Cumque oblatum pro se
incruentum sacrificium, interiecta
Dominicæ Passionis recitatione, ex
quodam Societ. IESU Sacerdote in-
tellexisset, Faxit Deus, inquit, Pater-
mi, ut sanguis ille preciosus in me ab-
unde*

undè deriuetur, qui in illa passione effusus est. Quoties ille tunc Crucifixum sibi ad osculum figendum præberi petijt? quoties eum patientiæ Magistrum audire testatus est? Monitus vt cum Beato Stephano diceret illud: Domine IESV accipe spiritum meum; Dico, inquit, Domine, Dico cum B. Stephano: Domine IESV accipe Spiritum meum. addiditque nonnunquam, quanta potuit vi, oculis cœlum spectantibus: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* Ita ille foras edidit, quæ animo suo iam dudum defixa occuluerat. Ea tunc illi in mentem, in verba veniebant, quæ bona mens frequenter intra se agitauerat. Cum altius cogitationi cuidam immerfus videretur, interrogatus est à quopiam, *Ecquid animo volueret? Promissam, inquit, laboribus mercedem: aut an tu existimas opum aggerendam causam me fecisse, quæ feci? aliam mihi mercedem proposui; illa nunc animo inhaeret meo.* Sed quam ille ab adolescentiæ

*Laborum
nostrorum
quæ vera
merces*

Ita. VV. o.
 necius in
 affert.
 Lipsi. Do-
 naty.

initijs Patronam legerat, hoc articulo oblitus eius fuerit? Cum è Societate Sacerdos opportunè inijceret: *Ecce, patrona nunc illa, quam calamo or-nasti tuo, te clientem expectat suum, & obuijs expassisq; vlnis obuiabit: oculis manibusq; iam frigescentibus iunctis, & in altum sublatis, cum vitam prius detraxisset è capite: Vtinã, inquit, Mater omnium, mihi his temporibus meis adsit. O Mater Dei, ad sis famulo tuo cum tota aternitate decertanti; nec me deseras in hac hora, à qua pendet aterna anima mea salus. Idque vt impetraret litanias recitandas curauit, quas & ipse, vt poterat, simul pronunciare laborabat. Cum conatui illius parcerent, & intoringerent, ad cursum reuocabat; dictitabatq; se nunc experiri, quid incultu Mariano ad benè moriendum præsidij insit. Demum cum vicies & amplius sacra nomina IESV & MARIÆ iterasset inter manus Religiosorum media nocte, anno ætatis nono & quinquagesimo leniter expirauit;*

uit; & pridie Paschatis pompa mediocri, vti pro sua modestia iusserat, elatus est. De cuius ego encomijs nō plura dissero, quam eum MORIBVS ANTIQVIS, quod eius symbolum fuit, id est, integerrimis vixisse.

VI. Habent literati quem sequantur; dabo etiam Sacerdotibus exemplar suum, sed paucioribus descriptum. Ludouicus Gulmanus Sacerdos Natalium splendore & virtute clarissimus iam inde à prima pueritia altæ in animo suo radices agere virtutem fuit. In altaris hostia imolanda horam vnam ponebat; sciebat enim inuenire, quid illo tempore, illo animi æstu, illo cum hospite tractaret. Neque eum cuiusquam auctoritas, ne Philippi quidem Hispaniarum Regis præsentia quicquam permouit, vt festinaret. Ad sacrificium prius ille non accedebat, quam flexis genibus alterius Sacerdotis sacrum audiuisset. Re diuina peracta in moram longiorem gratiarum actionem ducebat. Verè Magnus æstimator ma-

*Sacerdos
Sodalit.*

*Quanta
cura sa-
crificium
peragi
debeat.*

ximi thesauri, quem Deus mortalibus donauit; in quo tractando quoduis vel fastidium vel incuriam sine magno incommodo sciebat esse non posse. Sodalitium Misericordiae quasi suis humeris à ruina sustentauit. Nam cum ex primarijs permultos aggregasset, author omnibus fuit, ut se sacris meditationibus ad illa Misericordiae opera inflammarent; atque ipse primus se eo pietatis studio exercuit. Inde maior in egentes misericordia profluere coepit. Ægrotorum lectos sternebat; ac si quis obisset pauperum, feretrum à funere elato per vias publicas pius vespillo domum reportabat. Domi se parcè ac duriter habebat, ut sumptus in pauperes suppeterent. Castitatem licet Regis aulicus diligentissimè conseruauit, Sirenes obturata aure saepe præternauigans. Denique omnibus numeris absolutam vitam exegit; ut in quorum templum illatus est, merito gratulati sibi sint, quod ipsi corpus Sancti Viri condidissent.

VII. Quis

VII. Quis credat Lanistam me-
 lioris notæ vitam agere potuisse? Et
 hoc Sodalitati in acceptis referen-
 dum est, quod suorum mores paul-
 latim ad frugem corrigit; ut eam
 nemo diu frequentet, quin aut ma-
 lus aut Sodalitæ esse desinat. Neapo-
 li igitur Lanista quispiam gladiato-
 ria licentia vitam aliquandiu agita-
 verat. Hic inter Sodales adlectus,
 incredibile dictu est, quam sui dis-
 similis euaserit, quam magnos ad
 sanctitatem progressus fecerit. Ex
 multis pauca perstringam. Setosâ
 tuniculâ assiduam corpori molesti-
 am afferebat: flagris aliquoties per
 hebdomadem cruento modo in se
 sæuiebat: ternas quotidie horas inter
 precandum diuinâque meditanda
 absolvebat. Erudiebat interea No-
 bilitatem arte sua, pecuniamque,
 quam inde faciebat, in eos tacite di-
 spensabat, quos verecunda pauper-
 tas durè miserèq; habebat. Conuitijs
 contumelijsq; lacessitus neque ani-
 mo molestiam capiebat, neque vultu
 tristi-

*Sanctus
 quidam
 Lanista.*

*An. c. 10.
 1090 III.*

*Pecuniam ex
 arte sua
 conquestâ pau-
 peribus
 erogat.*

tristitiam, aut verbo indignationem aliquam præferebat; sed lætitia incedere videbatur. Nullis imbris aut tempestatibus deterrebat, quominus sacras ædes obiret. Diuorum omnium, qui ei Kalendis cuiusque mensis sortitò obtigerant, septennio ipso, quod inter Sodales traduxit, memoriã & clientelam diligentissimè custodiebat. Ad extremum cum in morbum incidisset, nunquam a mulieribus, quæ ægrotanti præsto erant attingi se passus est. Orantibus Deum domesticis, vti sanum illum redderet: *Bonum potius*, inquit. Quãdiu cū morbo & morte luctatus est, cum Deo sanctissimaque eius parente, quam velut præsentem alloquebatur, identidem ingenti animi sensu sermocinabatur. Funus eius à Sodalibus maximo honore celebratū: cunctis summis omnium studijs expetitur, vt inter sancti hominis reliquias reponeretur.

VIII. Atque ex his liquet in omni ferè hominum statu repertos esse ali.

aliquos, quos Sodalitiorum exerci-
tationes ad vitam insigniorem per-
duxerint. Neque Religiosorum ex-
empla deforent, si adferre vellem.
Sed quoniam ea Religio sibi tanquã
à se profecta vindicat, in medium
adducere abstineo. Veruntamen P.
IACOBI RHEM è Societate IESV Sa-
cerdotis, qui Ingolstadij Colloquiũ,
de quo infra, & Dilingæ primus om-
nium Sodalitatem B. Virginis insti-
tuit atque rexit, virtutem vnam alte-
ramuè tacitus prætere non possum.
Vixit enim in oculis multorum So-
daliũ, annis fere quinquaginta cõ-
uictorum contubernijs præfectus, vt
neque ille, quã maximè vellet, ar-
bitros virtutum suarum euitare po-
tuerit; neq; nos deceat tanti viri san-
ctimoniam inuido silentio ab aliorũ
notitia remouere. Quæ itaque Soda-
les vitæ eius obseruatores retulerũt,
taliam feruè sunt. Diuinis rebus mens
illius vsque attinebatur, vt penitus a-
liarum rerum oblitus videretur: ocu-
los mirè continebat, vt non inem-
nos-

*Colloquiũ
Mariani
Ingolsta-
diensis
Funda-
tor.*

*Eius reli-
giosi ar-
dore.*

nosceret, nisi quem nouisse eius intererat; neq; tantum sibi otij ab rebus sacris esse putabat, aliena ut curaret, eaque quæ ad se nihil attinerent. Diuino gaudio lachrymabat sæpe, ut vdis oculis plerumq; esse videretur; & inter corporis refectionem è piarum rerum, præsertim Martyrologij recitatione & lachrymis & animi suauitatibus perfundebatur. Iam vero cum diuina mysteria tractaret, totus illis imbribus inundabat; ut verbis interceptis diu subinde sistere cogeretur. Fertur viros Religiosos testatos fuisse, non semel à se visum esse, cum spiritu agitante supra terram suspensus pendulus emineret. B. MARIÆ Virginis insignis cultor fuit. hinc identidem verba

Cultus B. Virginis. Angeli salutantis, AVE MARIA, in ore reuoluere audiebatur. Ut eundem illum Virginis amorem in plurimum pectora infundere valeret, pijs primum allocutionibus eius colendæ stimulos adolescentibus addebat. Deinde quib⁹ locis morabatur, ut Sodalit.

dalitium erigeret, operam dabat. Dilingani certè nostri Fundatore P. Iacobo Rhem gloriantur; & beatos se prædicant, quòd septennio tanti viri disciplina excoli potuerint. Deinde eodem auctore año 1594. in conuictu S. Ignatij Martyris coeptum est inter Sodales nouum Collegium v. surpari, ad quod adleguntur, qui se student præ cæteris Mariano cultui deuouere. In more illis est sæpius ad decantandas Deiparæ laudes conuenire, hortari inter se & ad maius virtutis studium impellere, commentari è sacris quidpiam, animũ quot hebdomadis expiare. Si quispiam lethalem noxam admisit, legibus eorum, sicuti profanus arcetur: suometipse iudicio exclusus præsens absens est, cæteris inscijs. ita ad idem consortium tacitè eidem reditus patet, cum culpa eluit certoque carmine Virginẽ **MARIS STELLAM** saluat. Hoc in eum finem sic statutum iudico, ne vnus flagitium cætui reliquo fraudi foret. Qui enim separatim

*Colloquij
Martiani
exordij.*

Mores.

*Vnius
Scelus
Communitati
noxium est.*

*Confir-
matio.*

*Quodnā
Encomi-
um ma-
ximū
placeat
B. Virg.
ni & Gn.*

ratim ab alijs vitam agit, is soli sibi peccando malum arcessit; atqui cōmunitatis iure viuit, culpam suam reliquorum damnum facit; vti nullum membrum sine corporis malo ægrū est. Quo magis Sodalibus omni studio prouidendum est, vt scelerum puri, corporis totius incolumitatem atque nitorem tueantur. Anno cio. 10CXI. Paulus V. pontifex Maximus nouum hoc Sodalitium auctoritate sua firmavit gratijsque impertijt. Quod illi beneficium iam inde veteres eius Sodales Franciscus Guilielmus Comes à Wartenberg & Leo Menzelius, vterque nunc meritis atque honoribus suis clarissimi, dum studiorum causa Romæ agerent, coram à Summo Pontifice impetrârunt, Sed ad Iacobum nostrum nunc redeamus. Incesserat eum aliquando cupiditas cognoscendi, ecquo maxime præconio oblectaretur Beata Virgo? Cum igitur ille cœtus pro more Encomia Magnæ Matris Litanij Lauretariis descripta caneret, illudq; inter

inter alia, MATER ADMIRABILIS, *de id di-*
 repente DEIPARA se ei in clara luce *dicerit.*
 spectandam obtulit, satis indicans
 præconium illud palmarium esse,
 quo fatemur supra omne præconiū
 VIRGINIS DEIPARÆ laudes excel-
 lere, nec quidquam ea dignum affer-
 ri posse. Prouolat ille mox in mediū
 ex angulo, quem postremum tenere
 solitus erat, atque vt omnes tertium
 ingeminent illa verba: MATER AD-
 MIRABILIS, imperat. Id enim enco-
 mium Patronæ suæ præ reliquis esse
 gratissimum: scire se cœtum hunc ei-
 dem cordi esse. Ex hoc diuinorum
 studio enata est illa mentis serenitas *Vita eorum*
 & comitas; nulla illum iniuria, nulla *alijs acta.*
 procacium subinde hominum petu-
 lantia vel contumacia à quieto mē-
 tis gradu deiciebat; facile perferre
 omnes, ac pati; cum quibus erat cun-
 que vnā, ijs sese dedere, eorum obse-
 qui Studijs, sollicitè ægris adesse, per-
 tinaciter nemini aduersus, nemini se
 præponens, commodis omnium ser-
 uire, charus ac venerandus iuxta om-
 nibus

nibus; cultu neglecto, honoris contemptor, cibi parcus, linguæ continens, sibi durus, vitâ ad vnguem perfectâ, vniuersis optimo virtutum exemplo præire. Hæc illi vita erat, quantum oculis cerni poterat. cæterum interiores virtutes & Religiosis proprias non æquè nobis promptum est describere, ferè arbitris eius conscientiæ aut professionis eiusdem socijs cognitas, qui forsitan & illas & alia vberius olim in lucem afferent. Sed neque hoc instituimus agere, vt vitam eius omnem produceremus, delibare tantum inde aliquid quasi in gustum voluimus: vt alibi quoque sentiretur, quanto viro Ingolstadienses Sodales gloriarentur. Imo etiam, quo illi magis sciant felicitatem nostram, Superis in precio fuit; quod quædam supra naturam facta aut cognita satis patefaciunt. Multi sunt qui illi sanitatē recuperatam in acceptis referunt. E multis Sodalis vnus Illustri Sulziorum familia oriundus pro argumento sit.

*Ægris
sanitatē
reddat.*

Hic

Hic apostemate iam pro deposito iacebat, malo Medicorum artes superante. Fecit pro illo Iacobus noster, lacrymis in ea praesertim Evangelij parte, quae de Lazaro rediuvio tunc legebatur, largiter perfusus: sacra dein Eucharistia adolescentulum primo impertijt. Vix haec egerat, cum subito Pater latus ad Regentem conuictus accurrit, metumque ac maerorem deponere iubet, *Neque enim, inquit, Carolus (hoc nomine nuncupabatur) nunc morietur.* Ita res euenit; nam paulo post conualuit. Multum in eo praesidij repositum requirebant animae flammis purgantibus addictae; quae frequenter ad eius cubiculum commeabant, & leni argutoque pulsu, ut quamque necessitas vrgebat, suppetias ab illo efflagitabant. Et passim fertur, e vicino coemeterio subinde auditas fuisse, P. Iacobi opem querulo vululatu poscere. In Hispaniam quidam e Sodalibus dudum abierat, cum in reliquorum confessu repente omnibus

*Defun-
ctis vita
opem af-
fert.*

*Pictura
absentia-
que diuini-
tus co-
gnoscit ac
prædicat.*

bus edicit, ut pro Carolo à Schrottenbach (id iuueni nomen erat) defuncto consueta vota recitarent. longè post cognitum est, eodem die Carolum in Hispania mortem oppetisse: an ex ipsomet Carolo, an diuinitus cognorit incertum est: posterius plures crediderunt. Nam absentium futurarumque rerum gnarum fuisse apud omnes in confesso est. Anni decimi noni pericula, vicesimi victoriam illustrem ab eo sibi prædicta fuisse Canonicus quidam, antequam euenirent, literis testatus est. Horum temporum bella, atque inde contra hostium in Catholicorum ruinam concepta vota consecutam Romanæ Religionis in dies efflorescentem fortunam, vates ipse præcinuit. Legit gomet literas P. Ioannis Agricola, qui laboribus Castrensibus apud illustrissimum Tillium fractus vitam finijt, quibus de P. Iacobi vaticinio meminit. Nam cum ante annos ferme septendecim eius in Conuictu S. Ignatij in Religiosorum contubernij mode.

moderandis collega esset, & supra-
 mensam Historia sacra Guilielmi Ti-
 rij legeretur aduertit P. Ioannes tota
 cæna lacrymantem P. Iacobum, mi-
 raturus, causam ex eo post mensas sub-
 latas poposcit. Cui ille: *Nullus ani-*
mum meum, mi Pater, inquit, mæror
cruciat, gaudio lacrymani. Audistin
rem Catholicã bellis syriacis mirè au-
etam? Vide: non multi labentur anni,
cum cruentis bellis Germani inter se
certabunt, euentu optimo. incredibili-
ter enim inde Res Catholicorum ex-
crefcent. Forsitan non abs re erit, si
 annectam memoriæ conseruandæ
 causâ, quod annis ab hinc duodecim
 Ingolstadij ex eodem Patre Iacobo
 coram audiui. Cum enim è Nostris
 aliqui in Indias missi fuissent, atque
 alij vt mitterentur vehementer insta-
 rent, quid de illa re P. Iacobus senti-
 ret cognoscere studui, & è patre op-
 timo familiariter sciscitatus sum.
Res, inquit, ista laudatissima quidem
illa est: sed vt verè dicam, quod sentio,
mihî nunc minimè probatur. Quid ita,

G

in-

inquam. Nos extra prouinciam nostram, inquit, operas dimittimus, & intra annos viginti tanta ad Catholicam Religionem fiet accessio, tot omnium locorum atque hominum fieri conuersiones, ut cum Sacerdotes seculares defuerint, nec nostri quidem numero suffecturi sint, qui reducendis in uile Christi ouiculis adhiberi possint. Quæ interim euenere, & quæ penuria operarum in præsentem est, uera locutum P. Iacobum testantur: atque quæ alia felicissima prædixit, pariter sic euentura certam spem faciunt. plura enim sunt, quæ ex alijs audiui. Sed nolumus lætitiã antecapere. Ex euentis spem interea tranquillitatis futuræ fouebimus. His ille rebus magnam apud omnes cuiusque status, ordinis, atque ætatis hominum opinionem sanctitatis sibi peperit, ut ne pessimi quidem ei malè uelle possent; boni uerò fortunatos se iudicarent, si cum viro colloquendi, & post mortem de exuuijs eius aliqui nanciscendi facultatem impetra-

Etiam apud omnes ætates.

vissent. Plura de hoc P. Ioan. Burghe-
sius in Societ. IESV Deiparæ Virginis
c. 22. vbi tamen librarij vitio Rheu-
perperam vocatur. Hæc compendio
adferre volui de innumeris, quæ Vir
æterna memoria dignissimus patra-
uit, vt Sodales eius olim disciplina
exculti habeant, vnde amissi Magi-
stri ac Patris sanctissimi desiderium
lenius perferant: & ne memoria in-
tercidat.

IX. Adiungam optimo parenti
filium Generosum Stanislaum Zbo-
rousium de Rydfiani Polonum; qui
morientem P. Iacobum quarto men-
se postsecutus est, cuius Colloquij a-
lumnus fuerat. Natus is est illustri in-
ter suos familia & locuplete. Inge-
nio fuit acerrimo, & incredibili disci-
plinarum liberalium desiderio stu-
dioque iuxta flagrabat: vt magno-
rum virorum iudicio longè post se
relicturus omnes alios videretur.
Modestiâ morum animique ea vixit
submissione, vt eum omnes in o-
culis, atque animis ferrent. Amabat

Obijt An.
CIC. DC.
XVIII.
IV. Idus
Octob.

CIC. DC.
XIX.

ille familiaritatem inire cum ijs, quos fortuna inferior à reliquorum consuetudine reijciebat. Vestitu obsoletiore libenter utebatur, & à Confessario sæpe adigi debuit, vt preciosiores vestes pro familiæ honore tuendo subinde indueret. Quin materiam præstantissimam ex Italia à Domino parente transmissam templo cuiuspiam oblaturus fuisset, ni illi, quorum imperio regebatur, aliter censuissent. In Colloquium à P. Iacobo institutum & ipse adlegi voluit. Sed cum in Tirocinio cuiusdam Legis gratia ei facta fuisset; non modò ea vti noluit, sed nec gratiam sibi fuisse protestatus est, ne alij eius exemplo etiam sibi gratiam fieriellent. Orandi studio impensè vacare contentiæque puritati studere solitabat, vt singulis hebdomadibus culpas certò expiaret. Vnde factum, vt pridie quam è vita discederet, monitus vt si quid animum sollicitum haberet, foras proderet, vix leuiculam culpam repererit, Corporis edomād

stu.

studiosus fuit, vt ferè nihil in eo ge-
 nere ab alijs gereretur, cui non se so-
 cium præberet: ac multo iam tempo-
 re singulis Sabbathis à cæna abstin-
 bat. Denique cum & genus & opes
 & præclara indoles in maximam sp̄e
 eum ducerent, ille magnanimo Iu-
 uene dignissimum facinus aggressus
 est, cæpitque supra humana ire: iam-
 que in eo erat, vt abdicatis ijs, quæ
 nos imbelles animæ miramur, Deo
 se penitus in Religione emanciparet,
 modò Domini parentis, qui exspe-
 ctabatur, consensus accessisset; & ec-
 ce Deo Optimo visum est, eum po-
 tius ad stipendia accipienda, quàm
 facienda euocare. magno itaque sui
 desiderio relicto variolis suffocatus è
 vita abiit. cuius vita morsque præter
 alia id confecit, vt Illustrissimæ fami-
 liæ adolescens illud vestigium cæle-
 stis itineris infisteret, quo Stanislaum
 decurrere voluisse cognouerat, eo
 præcipuè stimulo adactus, quod Mor-
 talium res adeò curtas breuesq; cer-
 neret, vt flores quoque iuuentutis

diurni ferè morbi æstu flaccescerent
atque deciderent.

X. Enimuerò ne Dilingani Sodal-
les iniuriam sibi factam querantur, si
locorum aliorum Sodales nobilio-
ris virtutis quasi compendium exhi-
beam, suos, quibus abundant, præte-
ream; duos illustres subijciam, sed
compendio. Alter est Henricus Hel-
sensteinius Rudolphi filius, spes tan-
tæ familiæ tam breui succisa. Eratis
Iuuenis forma corporis heroica, in-
dole imperio digna, moribus inte-
gerrimis. Cuius virtutes Thalamus
Funebri Dilingæ post acerbâ HEN-
RICI mortem ingenioso poemate,
sed nihil ex vano, nihil supra verum
descripsit. Plura tamen post opusculi
illius scriptionem cognita sunt. Ex
omnib⁹ pauca delibabo. Nec ingra-
tum Lectori futurum arbitror, si bre-
uia quædam Epigrammata ex eodem
Thalamo huc transtulero, quæ Vir-
tutum illius summam quandam ex-
hibent, prout ab illis accepimus, qui
vitæ illius arbitri perpetui atque di-
recto-

rectores fuerunt. prædicantur verò
præ alijs in Henrico insignis quidam
in Virginem Deiparam amor, & quæ
inde consequi solet Virginei floris di-
ligens perpetuaque custodia: aduer-
sum parentes præceptoresq; mode-
sta obseruantia, erga tenuis fortunæ
homines comiseratio atque succur-
rendi promptitudo. Legibus Sodali-
tij parebat accuratè, & vt suum in
Virginem Matrem testaretur affectû,
Chirographo suo formulam, qua se
mancipio Virgini dedit, iterum ite-
rumq; ad renouandum propositum
obtulit. Poëta noster hoc Epi-

grammate Religionem.

Henrici commen-

dauit:

G 4

HEN-

HENRICO RELIGIOSO

IN DEVM ET CÆLITES

AC

MAGNAM VIRGINEM

ISTAM

MATRIS SEMPER LOCO

HABVIT;

ET PRÆ ALTERA MATRE,

QVAM RIDENS DIMISIT.

VT

CVM ILLA CITIVS

CVM VIRAQVE ÆTERNVM

ESSET.

*Iam integritatem castitatis frontis
oculorumque modestissimus vigor
præferebant, & emicabat illa ani-
mi Innocentia ipso habitu corporis: nec
occurrit cuiquam sine lacrymis ea spe-
cies oris, ea morum totiusq; Indolis ele-
gantia & venustas, ut iure de te etiam
dici posset, naturam ipsam magnis mē-
tibus digna corporum. Domicilia me-
tari,*

tari , ait Thalamus & Innocentiæ
Henricianæ sic accinit:

HENRICO
CONTINENTI:

ITA TESTATUR
QVISQVIS HENRICVM
NOVIT.
TESTATURQVE IPSA
MORS,
QVÆ HENRICVM VIRGINEM
INVENIT.
ET
PARCERE FORTE VOLVIT
NE NOBILIS FLOSCVLVS
PERIRET;
IMO PARCERE NON VOLVIT,
NE FORTE NOBILIS FLOS-
CVLVS PERIRET.

Atque hæc opinio plerorunqve
animis insita fuit. Moderator vitæ il-
lius non semel testatus est arbitrari
se Henricum non modo integrum,
sed nescire etiam ea, quæ perniciosè
sciuntur. Gallias ille perlustravit, vt

videret quæ illustrem adolescentem
deceret nosse; illecebras malorum
foeminarum consortia, choreasque
sedulo vitabat, malebatq; inurbanior
nonnullis videri, quam propius sco-
pulum nauim suam regere. Ab Ex-
cellentissimo Domino parente mis-
sus ad Illustrissimi sanguinis Virginæ
salutandam, ægrè obtemperauit, ce-
teroquin ad nutū paratissimus. Sub-
inde ex eodem percontatus est idem
Pater, *Ecquando vellet domum ducere
coniugem, unde familia sua posterita-
tem sperare posset?* erubuit semper ad
has tales interrogationes & *Dem,* in-
quiebat, *nouit an id aliquando futu-
rum sit: nunc hæc cogitationes mentem
meam certè non sollicitant.* Comper-
tum est illum quotidie Deum precari
solutum, vt præter se aliam masculam
prolem Deus parentibus largiretur,
vt ipse, quod animo magnum desti-
naret, liberius exequi posset. Ita ma-
ior quædam virtus Henrici animo se-
debat, quæ tantas familiæ opes ip-
samq; adeo familiæ propagandæ spè
post.

posthaberet æternis. Et fuit Deus
 optimi Iuuenis desiderio: prius enim
 è vita abiit, quam à proposito tuen-
 dæ Virginitatis; maluitque faces fu-
 nebres accendi lessumque cantari,
 quàm Hymæneum audire spectareque;
 tædasconiugales. Ac sanè dignum
 admiratione est, quod per illustres
 Domina Mater ipsius tunc edixit,
 cùm illi tristissimus nuncius de tam
 chari capitis Henrici sui iactura alla-
 tus est. Nam toto illo tempore, quod
 inter mortem Henrici nunciumque
 intercessit, identidem illi in mentem
 veniebat, & quasi occini videbatur
 versus ille: *Beati mundo corde, quoni-
 am ipsi Deum videbunt.* Nesciebat il-
 la quidem quorsum dicti illius me-
 moria toties occurreret: sed filij tam
 casti morte audita, non dubitavit
 Deum iam tùm voluisse pectus suum
 consolatione quadam præmunire,
 ne acerbius sentiret, qui appropin-
 quabat, nuncium amissi Filij, ut quæ
 crederet Henricum Deum videre,
 cuius cor mundissimum multis ar-

gumentis nouerat. Et valuit id solatium. Nam vbi cognouit vixisse Henricum, id tantum quæsiuit: *Vine aliqua, an diuino Imperio obierit?* cum audiuit morbo sublatum; *Bene habet,* inquit: *Deus Henricum meum euocauit: Deo parendum est.* Ac postea sine lacrymis acerbitatem omnem concoxit, & in Excellentissimo Domino marito consolando ferme primas partes gessit.

Obedientiam Henrici hoc Elogio Thalamus celebrat:

HENRICO
 OBEDIENTI.
 NVNQVAM COMMISISSE
 QVIVAM ADVERSVS VOLVNTATEM SVAM
 SANCTE PARENTES TESTANTVR;
 QVAM
 CVM IIS INVIIS MORTVVS
 EST;
 VENIAMQVE ETIAM TVM
 PETITVRVS FVERAT;

NI

NI A SUPREMO DICTATORE
HABVISSET.

Magnanimitatem vero sic prædi-
cat:

HENRICO
MAGNANIMO,
ET IMPERTERRITO, ETIAM
AD FVNESTÆ MORTIS CON-
SPECTVM:
QVOD TIMERET NON HA-
B VIT;
HABVIT QVOD APPRO-
B A R E T,
VITÆ TAM INTEGRÆ
ANTEACTÆ
CONSCIENTIAM.

Inopum misericordia tenerrimè
tangebatur, & vt peterat opem fere-
bat. quicquid puerulo in peculio e-
rat, id è fenestris prospectans paupe-
ribus aduocatis, si quando parentes
domo abfuissent, impertiebatur, vt
merito potuerit illi inscribi:

G 7

HEN-

HENRICO

P I O

IN OMNES;

ORBOS, PAVPERES, MISEROS;

ATQVE HINC PRIMO

VOTVM PVBLICVM

QVO HVNC SIBI NOVVM

HERVM DESTINABANT.

DEINDE

LVCTVS PVBLICVS,

PLORANTE PROVINCIA

IN HENRICO VIRGINE,

EXTINCTVM TAMEN

TOT PAVPERVM PARENTEM.

CIC. I. DC.

XXVI I.

Omitto alia, de morte paucula
 subiungo. Romæ febris ardente subla-
 tus est Henricus; altero mense post-
 quam urbem illam attigit, ritè Sacra-
 mentis omnibus procuratus, impa-
 uidus, rerum humanarum satur atq;
 fastidians. Et certè tametsi præter o-
 pinionem aliorum omniū mortuus
 fuerit, ipse tamen mortem instantem
 ante oculos semper habuisse visus
 est. Id frequens de ea memoria medi-
 tatio.

ratioque indicat. postquam ex Aca-
 demijs lustratis domum redijt hoc
 ipso anno vltimo die natali Domini
 parentis ei natalitium munus carmē
 de Morte atque Iudicio tremendo,
 quod tūm elaborauerat, dedicauit:
 quæ res magnam in patris animum,
 curarum ac cogitationum seriem in-
 gessit. Toto illo itinere, quod illi vl-
 timum fuit, frequentissimè etiam in-
 ter prandendum lectitabat, quæ P.
 Raderus & P. Niessius de quatuor
 Nouissimis panxerunt. atque ita ha-
 rum rerum frequenti agitatione sese
 ad moriendum præparabat. Neque
 omittendum est, quod parentes po-
 stea narrarunt sibi accidisse. Quo die
 Henricus domo paterna profectus
 est, parentes eum in Templum quod-
 dam AVE MARIA cognominatum,
 deduxerunt, multisque precibus
 Deo Deiparæque Virgini tradide-
 runt. Inde ipso digresso, ipsi in
 aliam sacram adem concesserunt,
 vbi vespertinæ præces tūm canen-
 dæ erant. Hic cum vterque ante

Chri-

Christi Domini in crucem acti effigiem in genua profusi feruentius precarentur, & iterum iterumq; suum Henricum Christo commendarent, vterque seorsim sibi videre visus, quasi Christus identidem aliam ex alia formam indueret, ac tandem vni suo filio vnice dilecto ex æquo similis iam iam animam ageret. quæ species animo oblata sæpius ab vtroque repudiata sæpius redijt, intimaq; penetralia subiijt miro affectu. proposuerant inter se aliquoties visa narrare; sed nescio quo casu, nunquam id fecerunt, quàm cum de morte Henrici nunciatum est. Fuit hoc credo Solatium diuinitus oblatum, vt iam tum cognoscerent filium in Christo moriturum, ac proinde beatum futurum iuxta illud: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Hæc de Henrico Heltensteinio memorare pauca volui; Iuene & vita longiore dignissimo, & æterna memoria celebrando, & quod ille etiam cecinit:

*Apoa. 14.
G. 13.*

For.

Fortunati ambo, si quid mea car- *Virg. l. 9.*
mina possunt. *Æneid.*

Nulla dies unquam memori vos
eximet aeo,

Dum domus AEneæ Capitoli im-
mobile Saxum

Accolet, Imperiumq; Pater Ro-
manus habebit.

Sic voueo vt hoc etiam in libello memoria vigeat Henrici, & Helfensteinia familia, quæ Sodalitia multa exornauit, nuper extincta, hic quoq; vitam longiorem, si opusculum viuat, habeat.

XI. Alter quem ex Dilingana Congregatione ad imitationem producere constitui est Illustris Iacobus Fuxius Baro à Fuxberg & Iauféberg adolescens non amplius annos quatuordecim natus, ea morum maturitate atque virtute, vt viros æquaret. Mira suauitas omnium animos ad se pellexerat, vt funus illius vberrimis permultis lacrymis deplorarint. Vitæ integritas ita in animos singulorum influxerat, vt eum non modo vulgo ama-

amarent, sed singulari etiam veneratione velut Magistrum virtutum colerent. Solenne enim illi fuit, si quos liberius insolescere videret suaviter corrigere, ac in iuuenum circulis cōciones piasque exhortationes in memoriam reuocare: in sermone familiari cælestia loqui & nil nisi Deum, MARIAMQUE circumferre, vsque adeo, vt percontando vel Religiosos exhauriret: pudicitiam tenerrimè colebat; vt iam lethaliter decumbens ægrè chirurgos ad officium admiserit. Quem ille florem vt seruaret securius, ieiunijs flagrisque corpus affligebat suum. Vestium luxum magno opere detestabatur; adeo vt in nouo amictu parando diligenter cauerit, ne è leuioris coloris materia pararetur. Vbi mortem proximè abibat, & acutissimi viscerum dolores summos eiulatus exprimebant, non nisi sacrosancta IESV & MARIE nomina ingeminavit, atque in his vitam quoque posuit, citius quidem quam volebamus, feliciter tamen. cuius de-

def.

fiderium Sōdales & dialogis & orationibus encomiasticis consolati sunt; eiusque memoria ad virtutem multis calcar fuit.

XII. Finem capiti huic imponā, si vnus adhuc non tam vitam, quam beatum ad superos abitum perscripsero. Is est P. Egmondus Augerius in Collegio Comensi vita functus. Quo tempore animam agebat, sp̄iæ cuiusdam personæ oblata est læta quædam de ipso species. Videbatur enim videre sibi Angelos circumfistentes lætulum patris, moxque abeuntem animam in cœlum deducere ingenti lætitia: pulcherrimo puerorum Sodalitio, quale ipse instituerat olim in Gallia, celebrem pompam profequente. Credo id illos ostendere voluisse, ad cœlum Sodalitatis tramite, se decurrisse; qui eodem tendere cogitarent, commodiorem sibi viam munire non posse, quam si Sodalitatis bonum procurarent.

*Merces
corum,
qui Sodalitiam
instituerunt.
Anno
CIC. I. 11.*

XCI.

CAPVT

CAPVT X.

TRIVM ADOLES-
CENTVM MIRA
VIRTVS.

Libro huic primo nobilem coronidem imponam, trium Adolescentium Sodalium ac penè puerorū vitam epitome comprehensam.

*Bona parentum
Sola pro-
sunt filijs.*

I. Alexander Bertius Florentinus decimo & quinto aņo vitam sanctissimè actam absoluit. Is patri Nicolao Bertio posthumus, matris Violantæ religiosissimæ fœminæ cura ad pietatem omnem formatus est. Optabat serio Violanta, vt diuino olim cultui adolesceret filius atque in religiosa quapiam familia Deo penitus manciparetur. Probauit tam bonam matris mentem Deipara, mouitque interprete integerrima fœmina Violantam, vti ipsa pro se IESVM toto amore complecteretur, Alexandri securam hunc suum esse, pro quo IESVM Violanta à se haberet. Visa est dein sæpius
Bea-

Beata Virgo Alexandro dormienti
 assistere, & ore ad hilaritatem com-
 posito illum identidem floribus as-
 persere. Cuius ipse indulgentiæ in-
 sciis, sentiebat nihilominus liquidis-
 simis voluptatibus animum suum
 perfundi. Quam primum potuit pu-
 erile silentium in eas voces, IESU MA-
 RIA soluit; manumque ex consilio
 ad imprimendum fronti crucis signū
 mouere cœpit. Vix dum quinqueñis
 studium ac voluptas erat, noctu diu-
 que acerbos Christi patientis crucia-
 tus animo secum volutare & suauis-
 simè de ijs sermocinari. Septimo an-
 no de corpore coërcendo consilia
 agitare cœpit. Principio igitur cilici-
 olum quoddam è crassiore filo factū
 induit; vbi id minus ac vellet mole-
 stum sensit, egit cum Confessario, vt
 hirtio vtiliceret. Vbi sunt qui lasciu-
 enti corpori inclementius facere,
 perhorrescunt? à pueris robur animi
 petant, quod illis addere debuissent.
 Pueritiam sic exegit, vt morum ma-
 turitas omnes illius ætatis ineptias

*B. Virgi-
 nis erga
 eum be-
 neuolen-
 tia.*

*Alexan-
 dri puo-
 ritia.*

*Rebus pi-
 us, duris,
 feris
 transf-
 acta.*

non

non modo temperaret, sed omnino ne quidem admitteret: mira interim aduersum omnes facilitas, atque ad parendum alacritas ei inerat.

*Religio-
nis pro-
positum
concipit.*

II. Nono deinde anno iam ille maiores pectore cogitationes suscipere, religionemque meditari incipit. In quam eo anno non puerili impetu, sed maturo proposito se certo recepisset, nisi quorum intererat auctoritas obstitisset. Atque ut *Cupienti animo nihil satis festinatur* dici non potest, quam vberibus lacrymis moram illam elusamque profectioem defleuerit. Constitit idem illi deinceps animus, & iam in eo erat, ut ad portum religionis nauim appelleret, cum velificatione mutata Æternæ stationi vitam aduertere iussus est.

*Diuini
confortio
perfrui-
tur.*

III. Decimum posthæc annum agebat, quo ille mirè diuinarum rerum & usu & fructu recreatus est. Sæpè enim numero Beatorum choris sibi interesse, aut duos inter Angelos consistere videbatur, qui eam sibi à Deipara curam demandatam esse

esse profitebantur, eius ut integritatem seruarent: non raro Beatissima Virgo blandis illum modis excipiebat. Narrabat hæc adolescens candidissimus, & ab illis adhuc delictis madidus facile narrationi fidem adstruebat. Confirmabat id quod de Angelis dictum est, foemina illa, de qua paulo ante mentionem feci: addebat, sæpius à se visam fuisse Deiparam Alexandro studente assistentem librorumq; pagellas euoluentem. Ipse quoque ore supra modum hilari matri factus est, cum graui febris æstu vteretur, animo suo gratissimam auram afflari. Cum illa causam quæreret: Video inquit, Matrem Dei prope lectum aditare; ab illa mihi hæc morbi temperatio est. Et adstitisse & flosculos æstanti se admouisse Virgo Infirmorum Salus post affirmavit illi foeminae, quam diuinorum beneficiorum in Alexandrum collatorum consciam atque interpretem Deus esse voluit.

*B. Virgo
studenti
Ægro
assistit.*

*Morbi
molestias
et in'e-
rit.*

luit. Si quando in eo morbo amarior potio haurienda fuit, Christi patientis historiam aut animo ipse reuolebat, aut ab alijs recitari sibi postulabat, & O Iesu, inquit, tuus calix quanto amarior fuit? In eodem morbo ea illi cogitatio incidit: Quid si Deus mihi hanc aegritudinem promonitore immiserit, ut vitam ad seueriorem cultum traducam? Ac diu rimanti animi latebras, an quid commisisset emendandum; suspicio oborta est, corporis fortè cultum elegantiozem esse præquam Deo placeat: detrahere igitur & imminuere constituit, simplici post id vsus.

*Quæcir-
e. S. Em-
christiã
ei emene-
runt.*

IV. Ferijs Purificacæ Virginis sacro epulo primò n accubuit, inter Angelos ab illa foemina conspectus, & ipse sibi visus est videre IESVM in corde suo quak scisso mediũ se collocasse voluptate interim animi exuberante. Exinde frequenter adspexit Sacerdoti Corpus Christi in populum dispertienti duos Angelos comites ire atque vtrumque latus stipatores

tores nobiles claudere. Quo dein vi-
so sic affectus est animo, vt intra aræ
maximæ septa assiduus hæreret, vlti-
am prouerbio Puer Aræ principis
diceretur.

V. Angelum tutelarem, Ioanem
Euangelistam, Franciscum Assisina-
ten, ac præcipuè S. Ignatium & voto-
iam fratrem suum Aloysium Gonza-
gam, cuius res p̄estas impenso studio
lectitabat, præcipuo cultu cliens pa-
tronos venerabatur. His ille statas
quotidie preces ferebat: nescio quo
casu die vno omiserat; cum mox in-
teriore voce increpari se sensit: Itane
vero, Alexander, inquiebat, tuorum
te patronorum obliuio tam facile
capit? ne tu si negligens esse pergas,
& nos in te tuendo cessatores senti-
es. Quam diuina delicatè tractanda
sunt! vbi vix credis, offendis.

VI. Neq; sui tantum curam ges-
sit, ad aliorum quoque commodum
operam suam contulit. Nam quod
in Sodalitate quadam fieri viderat,
in domum suam transtulit. Coëgit

*Patronos
certos ve-
neratur.*

*Sodali-
tatis in-
stenta
domi i-
mitatur.*

H

ver-

vernas ac domesticos omnes in aula
 absente matre : ibi primum è pio li-
 bello lectitans, tùm è pio ingenio co-
 piosissimè disputans de Christiani
 hominis officijs disseruit eo ardore
 ac contentione, vt in lacrymas con-
 cionem soluerit, & denique ad cor-
 poris diuerberationem induxerit.
 Quanto hoc rectius, quam qui foris
 malè hausta in paternam domum in-
 ferre consueuerunt.

Sanctè

scribitur.

VII. Plura de Alexandro nostro
 memorare haberem, de eius patien-
 di studio, de passionum coërcitio-
 ne, de virtutibus alijs ; sed ad finem
 propero. CIO. IOCVII I. Aprili men-
 se lethali morbo affictus est. Quo
 igitur expeditius cælo puriorem a-
 nimam inferret, totius vitæ labe-
 culas confessione deterfit. Proui-
 disse, eum mortis diem multa argu-
 menta sunt. Nam cum pater è Socie-
 tate de abitu suo ad sacrum facien-
 dum eum moneret: A bi, inquit, pa-
 ter, neq; enim hodie moriar. Altero

dein

dein die, cum Pater idem à prandio discessum pararet: *Mane, inquit, Pater; paulo post è vita abiturus sum. Abijt ad vesperum. Cum inter eos dies è libello sacrum quid legeretur, quasi in soporem se composuit: stabat anagnostes defixus in ore eius contemplando, vnde diuina quædam hilaritas emicabat: cum diutius file- ret, mater: *Quid mi Alexander, inquit, obticuisi? quam rem agis? Delicias, inquit, anima mea IESVM & MARIAM inter innumera Beatarum Mentium agmina loco celsissimo intuitus sum. Et illa: Sed pulchrane inquit, tibi, mi Fili, amœnit ate locus ille arridet? sanèquam, inquit ille, pulchrâ. Moxque ad idem spectaculum se recepit. Sexta feria repente ex contemplatione quadam experrectus: An non, inquit, coram intuemini MARIAM DEI MATREM Dominam meam, meumq; Custodem Angelum, & Mariam Magdalenam de Pozzis? Erat hæc Magdalena notæ olim sanctitatis famina Florentia, cum viue-**

ret, Alexandri studiosa, quem Angelum terrestrem appellare solita fuerat. Tum ad hos hospites conuersus, fabulari multa cum illis visus est, laerimantibus præ gaudio spectatoribus. Tum Christi in cruce[m] acti effigiem amplexus: O IESV, inquit, in Societate tua mori propositum fuit: tuus nihilosecius sum, mi IESV. Cum in eo articulo temporis Dæmon terribili se forma visendum obiecisset: *Quid queris, aut quid vis, inquit, tibi, bestia? faceffe; testimonium conscientie meae, Deo fauente, bonum est.* Quo ille cœlo vicinius appropinquabat, eo propiores inde voluptates præsentire videbatur. Sub vesperum cum Deiparam iterum intueretur, capto impetu fractum corpusculum in cubitum eleuans resedit. & cum diu tacuisset: *In cœlum, In cœlum,* exclamatur. Linquebatur interea sæpe animo cum diuinam vim se toti pectori infundentem ferre iam vix posset. Et fuisse sanè magnam in illum eo tempore benignitatem Deiparæ ante

cog.

cognitum est. pridie enim, quam moreretur, frequentes ad eum Angelicum corollis adire visi sunt, qui dicebant se Alexandri obitum celebrare; atque ex suo numero unum à Beata Virgine imperatum esse memorabant, ut Alexandro emigranti victoriæ insigne corollam imponeret: ad quod ille imperium exequendum hilari ore se accingere visus est. Nec dubium est, præstitisse. Inter has cælitum blauditas, & mortalium plurimorum suauissimos luctus, cum ære campano signum Angelicæ salutationis daretur, è mortalitate ad immortalia gaudia ALEXANDER noster transijt. ac post in templo Societatis IESU, ut votis omnibus enixè contenderat, conditus est, exequijs celeberrimis, quas Angeli quoque cohonestasse dicuntur. Nam quatuor feretrum, excipere atq; ad aram maximam cæteruatim cælitibus affluentibus deportare conspecti sunt. Illud insuper admiratione dignum fuit, cum primum fanus illatum est templi sacra-

*Exequie
Alexan-
dri.*

Miraculis post mortem clarescit.

rio, corpusculum exanime longa, tabe miserè confectum virgineum, adolescentiæ colorem recuperare, pristinoque nitore restitui visum est. Maximis postea miraculis actæ vitæ innocentiam Deus orbi palam ostendit. Ea ritè testibus probata ab alio in lucem edentur: ego, quæ Sodales imitarentur, autè quibus Patronæ suæ fauores colligere possent, mihi perscribenda esse duxi. Habent in ALEXANDRO virtutum exemplar; habent benevolentiaæ cælestis specimen: utraque Sodalibus in vno proposita est. Si quis ad hanc viam quærat, in aperto est, *virtute pervenitur.*

Novennis adolescentiæ virtus.

VIII. Ioannes Bartirottus Castellanae Princeps, adolescentulus lectissimus in maximam spem crescebat, & adempto Alexandro succenturiatus videbatur, qui pueritiam ad virtutis cultum excitaret. Nam quot diebus veneris acri flagello tenerum corpusculum conscindebat; frequens erat in mysterijs sacris obedi-

endis;

undis; horæ spatium, quod pijs com-
 mentationibus decretum in ea So-
 dalitate erat, facie terræ applicita,
 transigebat. Omnia hæc ardenti stu-
 dio agebat; & quod mirere, no- *Neapoli*
 uem tantum annos natus erat. In *CIO. 100*
 quam non ille frugem adoleuisset, *XI.*
 nisi mors importunior abruptisset.
 Sed habeat cœlum delicias suas, quia
 Terra indigna est.

IX. Ex India quoque Sodalem *Sodaliæ*
 adduco numeris absolutum omni- *virtus a-*
 bus, & ob cuius virtutem merito Eu- *pud Indos*
 ropei ora obuertant sua, adeo venu- *florat.*
 stos mores in illa barbarie coli potu-
 isse MICHAEL AYATVMVS inter In-
 dos Pictos in Boholana Philippina- *Michaë-*
 ram insula anno seculari puer sep- *lis pro-*
 tennis aquis Baptismi tinctus est. In- *candi*
 de omnium virtutum maximis in- *studiorum.*
 crementis profecit. Atq; vt inde or-
 diat, vnde vis omnis emanat, oran-
 di studio apprimè deditus fuit; vt
 diu quotidie nouies recitarit B. Vir-
 ginis corollam: dein vbi commenta-
 ri didicit, in dies horam & amplius

in rerum piarum meditatione posuit. Patronorum suorum D. Virginis, Iosephi, Michaëlis festis ieiunijs, vigilijs, verberibus corpori inflictis præuertebat. IESV & MARIAE memori-
am animo semper circumferebat, vt ab eorum laudibus nec inter alios, atque adeo nec inter ludendum abstineret, ea verba *Laudetur vbiq;* IESVS CHRISTVS *eiusq;* Mater sanctissima MARIA, identidem vsurpans. Ad eam refricandam eorundem effigies capsula conclusas, quoquo iter erat, circumgestabat.

*Curasē
suasē
pudici-
tia.*

X. Corporis atque sensuum omnium mira moderatio. Feriam sextam & Sabbathum ieiunus transmittabat. Solo pane & aqua vitam tolerare procliue illi fuit: sine omni cibo ac potu aliquoties diem traducebat. Quot diebus, vt primum cubitu se leuabat, flagra tergo increpabant. Oculos ille vix in viro figebat, nedum vt foeminam aspiceret, imo studiosè cauebat, ne quam corporis sui partem nudam adspiceret; vnde lo-

cto

cto confurgens, primo pedestalari veste obtegebat. Aures ne quid indecens haurirent, sedulo obsepiebat, si posset: saltem fuga aut torua fronte sonos inuerecuados excutiebat. His facile factum est, vt florem pudicitiae illibatum conseruarit, quem Deo anno tertio decimo deuouerat.

XI. Animi demissionem præcipuè colebat. Vidit illum P. Petrus Antonius, de quo hæc habemus, nocte quadam, dum Seminarium inuiferet, sub lectulo in terra cubantem, quem cum reprehenderet, *Atqui, inquit, Pater, ego istud Humilitate Magistra didici, qua docet terram in terra sternendam esse.* Vestitu paupere & mūdō utebatur; & quamuis preciosis nō careret, induci tamen vix potuit, vt quo die Christi corpus sumpturus erat, elegantius se vestiret. Vltimum in sedendo locum vbiq̄ue sibi capiebat. Designatus reliquorum in eodem contubernio superior, tantam animo tristitiam concepit, vt morbum inde contraxerit: quo prius li-

H 5 bera-

berari non potuit, quàm in ordinem redigeretur. Cum eum alij passim Sanctum vocitarent, ille B. Virginis Patronæ suæ exemplo seruum se nominare consuevit.

*Pauper-
tatis, obe-
dientia,
constan-
tia, cha-
ritatis
studium.*

XII. Paupertatis atque obedi-
entiaē studijs inter primos addictus
fuit; vt ne pomum quidem superi-
oribus inscijs ex horto tulerit; vt
ne minima quæque imperia neglexe-
rit, nec maxima detrectarit. In Reli-
gioso perfectionem maiorem non
exigeres. Constantiam ac Fortitudi-
nem animi per omnem vitam tenu-
it, atque S. Iobi & B. Virginis sub cru-
ce stantis recordatione subinde acu-
it atque confirmauit, vt ne suorum
morti impatientius illacrymaret.
Commodis aliorum impensè se da-
bat, culinam verrere, vasa tergere,
ollas eluere, lances expurgare occu-
pabat: vitam denique suam præ alio-
rum negligebat. Sed salutis omni-
um inprimis cupidus studiosusque
fuit. Excurrebat cum patribus ad
Ethnicos docendos; instituebat

mo-

monebat, terrebat, nihil omittebat, vt ad Christi ouile errantes traduceret. Atque his omnibus virtutibus terminum immotum constituit perseverantiam, quâ ex incepto semel pietatis officio neque ipse quicquam egressus, neque ab alijs deduci se unquam passus est. Multa parentes, multa cognati attentarunt, vt eum à castitatis proposito ad coniugium abducerent; sed irritò omnia conatu. Baylanus quidam superstitionum doctor vniuersos fermè Indos ad mare elicuerat, vt ibi maiores suos in aurea naui aduentantes conspicerent: Solus Michaël tunc puerulus risit insana promissa, & ludibrium solus euitauit.

Perseuerantia.

XIII. Hunc talem Adolestem aduersus casus afflixit, & è viuis abstulit. Dum enim ad litus negotij cuiuspiã causa excurrit, fallente gradu è ripa in aquas prolapsus, cymbæ isthic religatæ pectus illisit; ac paulo post ritè inunctus IESVM, MARIAM, IOSEPHVM inuocans mortu-

Mors Michaelis.

*Quam
videtur
presagi-
sse.*

us est, XIII. Cal. Decemb. c. 13. 10 cix,
Pridie quam moreretur & pœniten-
tiæ & Sacræ Eucharistiæ Sacramen-
tis ad abitum se instruxerat. Præsa-
gum enim vicinæ mortis suæ cum fu-
isse plura indicant, nam germano fra-
tri dixisse eum memorant, velle se si-
bi à patribus chirographo caueri, ne
ex oppido in maritimam aliquam ex-
peditionem mitteretur, cum morte
instante non satis tutum sit à Sacer-
dote longius abire. Pridie rogavit
patrem, vt sibi sequenti die liceret
per urbem flagris corpus cædentem
incedere. *Extremo enim vite tempore
magna pro salute conari opportunissi-
mum videri.* Cum negaretur, crebri-
us instatit mortis incertitudinē præ-
tendens, donec concederetur.

*Funus &
luctus.*

Elatus est magnifico funere à So-
dalibus, tanto luctu & comploratio-
ne, vt Concionatori ac Musicis ferè
silentium defuerit. Deplorabant vi-
delicet omnes fortunas suas *tam tri-
sti funere mersas*, parentes Filium dul-
cissimum, patres comitem fidissimū,
Bifa.

Bifayenses popularem vtilissimum,
pueri ac puellæ catechisten gratissi-
mum, contubernales socium charis-
simum, parthenij Sodalem optimū,
omnes virtutum omnium Exemplū.
Quid Nos? NONDVM similia fecisse.

Hactenus SODALIS PARTHENIVS
Ortum suum, Leges, Mores, Socios
legit, atque Officia sua didicit. In qui-
bus esse si porro studuerit, proximè
ad illos, quos iam laudauimus eua-
det, dignaque Patronâ tantâ, tantisq;
Socijs faciet. Nunc eundem per san-
gulas virtutes quasi gradus quosdam
ad idem fastigium deducamus.

SODALIS PAR-
THENIVS.

LIBER II.

VIRTVTVM EXEMPLIS

MARIANIS IM-
buitur.

QVI Dea nescio cuius pingere
H 7 for-